Si a principali itento ser/mone disgredi cam vti/litas exigit minime de/decet cũ ad ipsam cõfert mise/ricordiã loquutio minus incõ gruit: de christo iesu de quo no ster tot9 est sermo. Nẽpe igno rare vos nolo iacob nõ effemi/natum fuisse ꝛ mulieꝝ libidine victum: sed sub alta dei dispen/satione qui tẽpora ꝛ leges imu tat seruisse illum tempori suo in pluralitate vxorum quando mos erat: crimen nõ erat. Que rebatur eniȝ multiplicatio cul/tus diuini ex propagatiõe car/nali illius populi ex quo chri/stus messias erat oriundus vbi ꝛ ꝓsignabatur: plures ecclias nationuȝ varietate ꝛ rituum ꝑ orbem diffusas tanq̃ȝ sponsas vni viro in fide christo despon sandas: ꝛ per doctores probos ꝛ improbos tanq̃ȝ per liberas ꝛ ancillas bonos ꝛ malos in fi-de christi gignendos. Nonne videtur vobis aperte christuȝ vbiq̃ȝ signari. Ne autem tem/pus vel via priusq̃ȝ sermo ex cũ ctis prophetis vel aliquid de christo perstringens subtraha tur a vobis aliquid de ioseph pudicissimo breuiter patefacio Geneseos agrum latissimuȝ re liquemus omnino. Hunc quip pe in senectute a patre genituȝ ꝛ inter ceteros magis dilectuȝ quia fratres suos accusauit: sen su quoq̃ȝ ꝛ conuersatione excel lentiam perfectionis non mo/dicam ostendebat: oderant fra tres sui: nec ei poterant quicq̃ȝ pacifice loqui. Sua exinde in/uidia tractãtes occidere sugge rẽte ex fratribus vno noĩe iu/da vlli precio vendiderũt: ꝛ qꝛ neq̃ssime mulieris mechie ac/quiescere noluit infestantis in nocenter condẽnatus ad carce res fuit vbi vincti custodieban tur: sed sapiẽtia in vinculis nõ dereliquit eum: donec afferret illi sceptrũ regni: nam eductus de carcere tunsis capillis culci oribus vestibus circũamictus coraȝ rege egypti cunctisq̃ȝ pri cipibus exaltatus mirabiliter fuit vocatusq̃ȝ saluator mundi ꝛ per preconẽ publicato ꝙ post regeȝ primus haberetur in re/gno ꝛ in reuerentia ad euȝ. De mũ fratres ad ipsuȝ: fame orbẽ inuadente expulsi venire ado/rauerunt nesciĩ: ꝛ post redargu tionem eorũ amicabiliter ꝛ la/chrymabiliter eos suscepit ꝛ re missa iniuria copiosissime refe cit. Jaȝ collectis spicis manib9 confricemus vt ad latẽtia gra/na perueniatis quibus viuatis ꝛ bene. Senescente iam mũdo natus est tẽporaliter christus ꝛ

ipse filius super omnes magis dilectus. Conuersatus est cum fratribus. s. cum iudeis quia accusabat eos predicando eorum crimina: sanctitate quoq; & sapientia habebat insignis: ideo eum pati non poterant: ei mortem pluries intentantes. iuda autem vt diuulgatum est eum parua peccunia quasi vendente & tradente de cōmuni cōsensu i manibus ethnicorum. Demū quia acquiescere noluit synagoge generationi adultere: vt purum se hominē fateretur illius nolens satisfacere voluntati ne fallax existeret condēnatus a cayph͡a synagoge viro & pilato ei presidenti p mortem dedu ctus est in carcerem limbi vbi vincti regis eterni custodiebātur ad tempus. Quid vltra morer? De carcere educitur suscitatus tonsisq; capillis mortalitatis & presentium calamitatum gloria imortalitatis indutus rex gentium dn̄s deus coram satrapis mundi exaltauit illum & dedit illi nomen qd est super omne nomen. s. vt nuncupet & sit mundi saluator. Per orbē quoq; p̄dicatores tanq̄ precones mittet vt in nomine iesu omne genu flectat. Porro iudei ipsi qui fratres sui sm carnem ad vesperam: cū famem patientur vt canes ad ipsum venient: & q ipsum nunc ignorant reputantes de terra ipm & nomen eius erasum post duras increpationes que eis fient a christo per doctores fideles & adorationē quasi in vitam recipientur ad conuiuiū gratie in fide ecclsie omni eis dimissa offensa.

Cleophas.

Vere domine mi verba vite eterne habes. O quantam gratiam concessit nobis altissimus hodie vt tua sancta societate nos fecerit dignos. Felix ista dies qua meruimus tuo consortio frui. Tu enim omnia vidisti nil tibi videtur secretum & cum itineris labor famelicos reddat & sitibūdos: ego alium cibum non quero nec aliū potum q̄ tuam interpretationem.

Peregrinus.

Quia omne datum optimum & omne donum p fectum desursum est: descendens a patre luminū ideo de oībus non homini sed deo gloria exhibenda. Nunc autem per reliquos penthatheuci libros volo discurrere & ex singulis aliquid elicere: quo pronosticatum est christum pati &

intrare in gloriam suam. In exodo habetis magnum mysterium et admirabile sacramentuz de agni pascalis imolatione. Postq̄z enim pharao flagellis obduruit et dñi iussa audire cōtempsit cum primogenita egyptiorū omnia vna nocte ab exterminatore angelo occisa fuissent vt ne vna existeret domus que suum mortuū non lugeret populo dei accidit hoc grande prodigium vt incolumis et alacer repereref totus: nec vnus canis mutiret ex sanguie agni imolati vtiqz liberat⁹ quo sup liminaria domorum in modū tau. i. crucis linita fuere ex hoc ex dira seruitute sunt eruti in illoqz exitu israel de egypto facta est iudea dñi dei sanctificatiōis et potestatis ostēsio. Omnia autē hec in figura contigerunt illis. Agnus quippe innocens et īmaculatus ipe est iesus christus occisus ab origine mūdi tipice in sanctorū sacrificijs quartadecima tamen luna primi mensis actualiter: qua die agnus figuratiuus videbatur occidi ex cuius sanguine effuso in cruce electi eius protecti a deuastāte angelo erepti de durissimo sunt infernalis pharaonis imperio vtroqz poste anime domus intellectus vz et affectus seu cordis et oris fide crucis linito. Post transitum exinde maris rubri per baptismuz ab ipso christo institutum vbi submergitur omnis exercitus inferorum cantat domino gloriose populus eius magnificētiam potestatis deifice ad terram procedentes repromissionis eterne. Uidetis ne quomodo oportuit christum pati vt a seruiture transferentur homines in libertatem glorie filiorum dei.

Amaon.

Uidemus plane quia nil suauius nil vtilius nihil qz rationabilius dici potest: sed cum annuatim ob tanti memoriam beneficij non delendam solennitas phase celebratur et a scribis nostris in synagogis res gesta narratur admirari non desino quare preceptum artissimū domini emanauerit de esu huius agni pascalis a quocunqz: et cū circūstātijs illis: seu cerimonijs i lege descriptis Caput inquit cuz intestinis ac pedibus vorabitis vt nil vsqz mane remāeat siqd autem residuum fuerit igni cōburatur. Qd si tanti non fuerint in familia vt sufficiant ad esum agni assumant secum vicinum

coniunctum domui sue nil de carnibis extra domum ferendo. Non autez crudū vel aqua coctum: sed tantum igni assatū ꝛ hoc ad vesperam cum panibus azimis ꝛ lactucis agrestibus. Accinctis quoqꝫ renibus baculos habentes in manibus ꝛ calciamenta in pedibus festinanter ipsum manducare iubemur. Que horuz ratio: obsecramus elucides.

Peregrinus.

Magna sunt que petitis et omni veneratione dignissima ꝛ que loquar a meipso non loquar: sed reuelauit deus per spirituz sanctum. Credo nō imemores vos esse eorum que predicabat aliquando iste iesus cum fueritis conuersati cum ipso vt discipuli eius: quod etiam egit in vltima cena ab apostolis eius forte audistis. Nisi manducaueritis carnem filij hominis ꝛ biberitis eius sanguinez non habebitis vitam in vobis inquiebat. In ipsam autem carnem suam ꝛ sanguinē conuertit panez ꝛ vinum discipulis suis ꝓpria virtute diuina quibus trāssubstātiatis se ꝛ illos cibauit. Nec incredibile istud quia non est impossibile apud deum omne verbum. Nepharium autem esset diuinam potentiam intellectu humano qui se habet ad manifestissima nature vt oculus noctue ad lumē solis velle metiri. Precepit autez omnes fideles suos illo pane sacramētali illo calice participare. In hoc realiter est xp̄s qui immolatus est agnus: ꝛ lꝫ hoc nūc secretuz sit: per orbem videbitis oculis diuulgari. Et quia cum magna deuotiōe ad ipsuz sacramentum accedendū est: ideo ꝑ illas cerimonias esus agni pascalis condignā voluit ad hoc preparationez docere. Super omnia hic fides exigitur: ideo qualis circa sacramentū hꝫ esse debeat insinuatur in eo qꝺ dicitur caput ꝛc̄. Caput eniꝫ christi deus pedes qui terram tangūt corpus est agni celestis versantis in mūdo: interiora vero anima latens in eo. Totum vorat qui totum indubie credit .s. deitatem: animā rationalem ꝛ corpus christi esse in hoc rationabili sacramento. Si quid in eo est ita durū ꝛ arduum ratiōi ꝙ non possit capi: qꝛ multa mirabilia insueta nunc de ipso dicunt ꝛ sunt: que nunc explicare non expedit illꝺ igni exponat .s. vt totuꝫ credat ex imenso amore dei ad nos processisse. In com/

munioribus autez ipsius sacra
menti sentētijs qd per se cōme/
dere non valet: adiutorium su
mat aliquem peritum domui
sue.s. ecclesie vnitum non diui
suz qui ei valeat declarare. Nil
extra domuz ferendum de car/
nibus agni quia extra ecclesiā
sitis non sunt conferenda cele/
stia sacramenta. Non aqua sciē
tie secularis mente decoctū seu
examinatuz comedi debet: aut
cruduz infidelitatis errore sed
igne spiritus .s. qui de ipso lo/
qtur in scripturis diuinis. Dis
posito intellectu per meram fi
dem preparet affect⁹ ⁊ corpus:
corpus qdez vt accingatur san
ctimōia ab actu abstinēdo etiā
coniugali: affect⁹ ex azimis syn
ceritatis itentōis ⁊ vitatis ite
gre ꝯfessionis cū lactucis agre
stibus contritionis. Cum bacu
lo memorie dominice passiōis
⁊ calciamentis operum sancto
rū pie i proposito saltem imita
tionis. Festinanter autem cum
actu intensissimi desiderij ⁊ af/
fectionis: ad vesperam vero vt
cum tali ⁊ tanta deuotione ac
si tūc migraturus esset e corpo
re. Suauitatez autem eius nul
lus valet exprimere. Ipso eniz
peccata purgantur: virtutes au
gentur: ⁊ omnium spiritualiuz
carismatum abundantia mens
impinguatur: ⁊ ideo signatum
in pane delitiis: imo mannā de
celo prestito omnez suauitatis
saporem habente.

Cleophas.

Mi domine ego vn⁹ fui
ex septuaginta discipu
lis eius: ⁊ cum hoc lo/
queretur scilicet de esu carnis
sue oportuno: ita nobis visus ē
durus sermo ⁊ inaudibilis: vt
iam cum illo plures scandali/
zati ex nobis non ambularent
non intelligentes virtutē ver/
borum: sed ipse postea declara
uit: non sic materialiter eden/
dum: vt in macello carnes emū
tur. Sed tua sapientia obscura
nimis fecit perlucida: edendū
sacramentaliter fore ⁊ cum ma
xima vtilitate: ⁊ ideo quis det
de carnib⁹ eius vt saturemur?

Peregrinus.

In promptu est leuitic⁹
liber qui per singula sa/
crificia christi spirat ce/
lestia sacramenta: in eo videlz
quo se obtulit hostiam deo in
odorem suauitatis ⁊ precipue
illud qd in propitiationis solē
nitate mandabatur offerri: qn
pontifex summus semel in āno
cum aparatu magnifico in sctā
sanctorum solus ingrediebat

ad orandu; pro populo. prius enim duo hyrci a multitudine vniuersa ei presentabātur: ex q bus super vnius caput peccata populi sacerdos in genere exp mebat: atq; imprecans ei per alium in desertum locū emitte bat viuum quasi peccata popu li secū ferentem: alter vo victi mebatur in sanguine eius per pontificē i tabernaculo septies suso. Quid putatis carissimi h sibi velle: nisi quia christus assi stens pontifex futurorum bonorum per amplius et pfectius taber naculum non manu factū neq; hujus creationis: neq; per san guinem hyrcorum: sed per ppriū sanguinem introiuit in sancta superna eterna redemptione inuēta? Duo hyrci sunt due na ture que in ipso existūt: diuina pariter et humana. In his dua bus substantijs vna eademq; p sona adducta fuit ab omni ple be iudeorum chayphe pncipi sacerdotum iudicanti ipm reū esse mortis: sed passionis tem pore caper emissarius euasit i columis: videlicet ipassibilis deus qui ledi non potest in de sertum celi ab angelis apostati cis derelicti abijt peccata ppli vniuersi secum ferens non ad habendum sed virtualiter de lendum. Abijt aūt non se sepa rando sed subtrahendo quo ad manifestationem potentie: et tanq̄ infirmam et derelictā il lorum impietati dimittēdo ad placitu;. Et humanitas ipsa est caper ille mactatus: cuius san guis effusus septies celos ape ruit: purgans non solūm origi nale: sed et actualia et capitalia septem. Peccata enim omniu; ipse christus ptulit quo ad pe nam super lignum crucis i cor pore suo: et propterea septies ef fudit sanguinem suū. Et vt cre datis deo aperiente de myste rijs eius mihi nihil esse clausū in circūcisione sua: pmo sangui nem fudit contra libidinis vi tium que impuberes et prius et magis adurit pre ceteris: i ora tione vo quando factus in a gonia passionem sensitiuā hor rebat: factus est sudor ei9 sicut gutte sanguinis decurrentis i terram cōtra accidiam itagra uante; vt nil boni agere libeat cum autem circūdederunt eu; viri mēdaces et sine causa ceci derunt flagellis totum corpus erupit in sanguinem cōtra ira cundiam: que materialiter cor poris sanguinem ad cor remit tit vt incēdat. At quādo pilati milites plectētes coronam de spinis posuerunt sup caput ei9 ex puncturis non modicus san

guis exiuit contra arrogantie vel cenodosie malum que in capite satis ostenditur: de manibus eius apertis in ligno cum clauis emanarũt putei aquarũ sed rubicundarũ ad extinguendum auaritie ignem qui nũq̃ dicit sufficit: propter quod manus frequenter pauperi claudit: pedes autez quos adam leuauit ad accipiendum gustum vetiti ligni ex gule vitio: iste secundus adam leuauit in cruce magno ex illiꝰ sanguinis fluxu Aperuit demum latus ꝛ cor vñ cõtinuo exiuit sanguis ꝛ aqua vulnerata charitas eius cõtra inuidentiam qua mors introiuit in orbem terrarum. Ex his collige quia oportuit christum pati ꝛ sic intrare in sancta glie sue vt implerentur figure.

Amaon.

MAgister sancte melꝛ lac sub lingua tua. Et quia moralia nos plurimuz delectant pariter ꝛ vitam componunt: ideo modum quẽ cepisti obsecramꝰ ne deseras vt de christo iesu loquens: que sũt ad mores interseras eradicãs crimina virtutes plantans. Et q̃a de sacrificijs tractasti optamꝰ edicas: si sacrificia illa deo erãt accepta cum dicat ipse per prophetam. Nũquid manducabo carnes thaurorum: aut sanguinem hyrcorum potabo? Et iterum. Sanguinem agnorum et arietum nolui.

Peregrinus.

QUe ad edificationez sũt dignum duxi aliquãdo interponere vt cuz fide vera de christo ꝛ vestigia eius virtutibus plena sequi nitamini. Sacrificia autem totius veteris instrumẽti ex opere operante deo placuerunt ex offerẽtium deuotiõe ꝛ in gratia peracta: non autem ex opere operato ipsorum ex se sacrificiorũ: que tamen electis data sunt in signum ad eruditionem. Oĩa enim illa sacrificia in lege mãdata significabant rationem occisionis animalium oblatoruz hoc vnum verum ꝛ perfectissimum sacrificium passionis et mortis christi: ꝛ iõ ipsa passiõe peracta cessare debent ex toto. Discolis autez in onus data sũt ne idolis illa offerent: vt gentiles faciunt. Sanguis eñi hyrcorum ꝛ cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emũdationem carnis vt lꝫ per hec imunes ab irregularibus illis legalibꝰ libere eis pateret aditus templi materialis: sed san

guis christi iesu emundat con/
scientias ab operibus mortuis
vt ingredi valeat in templum
celeste.

Amaon.

Ichi ad plenum satisfa
ctum est quia totum cõ
sentaneum rationi: ⁊ iõ
ad alia ad libitũ progredere.

Peregrinus.

Quia leuiticum imedia/
te nũeroꝝ sequit liber:
ex eo breuissimam refe/
ram historiam vbi velatã cer
natis christi passionem oportu
nam. Cum patres vestri circui
rent terram edon ad optatam
repromissionis patriam tẽden
tes ab ignitis serpentibus: nõ
pauci mortiferis morsibus vul
nerati sunt: ⁊ hac plaga suere ꝑ
cussi propter murmurationem
ex eorum tedio ⁊ fatigatõe ex/
ortam: quibus presto piissimus
deus remedia contulit precipi
ens serpentem eneum fabrica
ri ⁊ exaltari in ligno: vt ꝑcussi
in ipsum serpentẽ aspicere pos
sent: sicq; sanari. quo facto cessa
uit interius ⁊ ipsi ad vltra pro
gressi.

Cleophas.

Quodam ex scribis no
stris ⁊ phariseis nico/
demus nomine qui di/
scipulus erat occultus hui⁹ no
stri mgr̃i quẽ xp̃m messiã asse/
ris ⁊ satis nos credere incipi/
mus audiui ego ipsum aliquã
do sibi in secreto dixisse: ꝙ sicut
moyses exaltauit serpentẽ in
deserto ita ip̃m exaltari opor/
tet. vt qui credit in ip̃m non pe
reat sed habeat vitam eternã.
Vñ ex his lȝ ĩconfuso iaȝ mihi
videt habere figure ꝓpositum
interpretando m̃ ex te plene et
trite intelligere spero.

Peregrinus.

Serpens eneus ipe ẽ xp̃s
nã in eo ꝙ serpentis for
mã tenet serpens videt:
sed qr venenũ vt serpentes nõ
hȝ verus serpẽs nõ ẽ. Sic xp̃s
silitudinem habuit carnis pcti
penalitatib⁹ subdit⁹ nr̃is famis
sitis laboꝝ ⁊ doloꝝ tentat⁹ per
oia ꝑ silitudine absq; pctõ: sȝ a
veneno nequitie aut ignorãtie
semꝑ imunis. Exaltat⁹ aũt fuit
in ligno serpens eneus ipe qñ
positus fuit in cruce. Serpẽtes
igniti demões sunt qui prauis
suggestionib⁹ q̃si morsib⁹ viru
lentis tendentes ad terrã viuẽ
tiũ ꝑ mũdi heremũ: vulnenare
nõ cessant ꝑcipue dormientes

pre tedio:nam ex morsu cōmu ni serpētis antiqui q callidior erat cūctis animantibus terre diffusum est virus malitie i ser pentibus alijs demoniorum:⁊ concupiscentie in hominibus vt de facili ad interitū saucient sed aspiciens quicūqȝ veneno infectus: siue ex primo morsu originali seu scdo actuali pcti: oculo fidei intelligens plagam suam redditur sospes quia ipm posuit deus propitiatorem per fidem in sanguine eius:indeqȝ progredi valet: ⁊ festinare ad illam requiem glorie.

Amaon.

Magister et domine qr socius meus retulit se audiisse a nicodemo vtiqȝ fide digno: semper ei di splicuit conspiratio nostrorū pontificum ⁊ phariseorū cōtra magistrum nostrum: ⁊ multuȝ deuotus ad doctrinam eius ꝙ videlȝ magister ipse sibi dixit oportet exaltare filiuȝ hois de se loquens considerans quod oportet:necessitatem exprimit nūquid ⁊ si mori pro salute hu mana necessarium fuit non po tuit ⁊ aliter mori q̄ȝ per hoc ꝙ exaltaretur i cruce? Mille eni modis miseros mors capit ho mines vna:quare ergo potius elegit crucem q̄ȝ alterum ex se culo transitum.

Peregrinus.

Mi dilectissimi fratres ⁊ socij:cuȝ vos auidos ad diuina aspicio ⁊ q̄ daȝ pia curiositate curiosos cū refectione de vestri profectu:⁊ ad inquisita vestra promptiorē me redditis ⁊ secundiorem ad alia. Oportuit quippe exaltari christum per mortem in cruce quadam necessitate decenti: et vtilitate q̄ȝ plurima. Deus eni qui prenunciauit per os oium prophetarū pati christum suū in cruce impleuit sic:nam cum falli non posset diuina prescien tia ex cuius libro trahunt pro phete oracula sua:vt prophete sui fideles inuenirētur:necessa rium fuit christū in cruce mori cum hoc refertur ad ineffabilē dei preordinationem eternaȝ. Decentissimū quoqȝ fuit:vt vñ mors oriebatur inde vita resur geret:⁊ qui per lignum vetitū vicerat genus humanum: per lignum crucis vinceret hostis ille malignus:⁊ sic apte repara tio ruine rñderet medicinaqȝ morbo sicut ⁊ venenum tiri in triacha conuersum virus mor tificat quod prestat interitum. Omnis eni res per quascūqȝ

causas contrahitur:non incon grue per easdem dissoluitur:sꝫ per contrarium modum. Per dulcedinem gustus ex ligno ꝓ hibito contractuꝫ fuit peccatū: ⁊ per amaritudinem gustus ex felle in cruce dissolutū fuit atqꝫ curatum. Cū enim aduersarij nostri in aeris cāpo: discurrāt insidiantes nobis decēs q̄ꝫ fuit vt pugnaturus pro nobis ipse iesus per mortem ad locum accederet certaminis vbi repe riret eosdem in aere scꝫ cruceꝫ ascendens. Et quia purus ipse existens:a suis exigit puritateꝫ cum totus mundus esset imun dus sordibꝰ cunctis:ita ꝙ neqꝫ aque diluuij in sublime tendē tes super cacumina montium valuerint purgare:ad ipaꝫ ha bitationē nostraꝫ q̄ sistit inter terram ⁊ aerem sanctificādum decuit vt crucem ascēderet: vt sanguine fuso cōsecraretur ter ra ⁊ corpore aer:⁊ homines lo ca tam sacra non audeant con tagijs violare. Grandis via re stat ad celum altaqꝫ nimis:nec vt volucres vtūtur alis:⁊ ideo vtile fuit:vt quasi quibusdā gra dibus ex lignis crucis scale eri gerentur:vt latitudine charita tis:longitudine perseuerantie profundo humilitatis altitudi ne sapientie ascendamus cum christo in celum. Hec enim sūt partes crucis seu dimensiones perutiles. Quanti sunt charissi mi qui mortis genus ꝓ iusticia aut veritate minime recusarēt at vbi horribilem sibi viderēt mortē parari:vt obprobria ma xima a pio mētis proposito re silerent quod pluries compertum est:sed nō est hoc perfecte iusticie:sed fremat mundus se uiat mundus: coruscet armis increpet linguis:quicqd mali gnitatis excogitari potest ho mini paret ⁊ experiri purgeat nunqꝫ licet a veritate discede re vt illa euadat. Et propterea mortem acerrimam ⁊ turpissi mam que erat omnibus ꝓpter dedecus ⁊ penam odibilem:ꝓ pter quod dicebatur i lege: ma ledictus omnis qui pendet in ligno. mortem vtiqꝫ crucis eli gere voluit vt non videat amara quecūqꝫ sors mortis:dūmo do recta vita ꝓcesserit. Possem ⁊ plures rationes decentie ac vtilitatis ostendere ex hoc ge nere mortis quā christus elē git:sed hec sufficiant vt alia tra ctare possimus.

Cleophas.

Mi domine amātissime vitta cocinea labia tua restringens ⁊ colligēs

locutio tua capillos cogitatio num occurrentium ne oculos mentis aperiat. Et lingua tua lignum vite. Multum autem me monet vltima rationum et si cuncte sint grate. Et experien tia docuit recens: quod dixisti Nam ex apostolis hui⁹ nostri magistri quidam erant ita ad eum affecti vt non recusarent mori cum ipso: sed audientes sibi crucem parari ⁊ multa op probria: om̄es occulti steterūt.

Peregrinus.

De deuteronomio occur rit ad propositū sanctio illa qua a domino man datum fuit vt homicidiū per petrans casuale ⁊ non ex mali cia puta cū socio ad nemus ten dens vt incidat lingua si ferro d̉ manubrio excusso securis oc ciderit socium nō debet inter fici sed vt euadat securus q̄ ci tius recursum oportebat habē ad vnam ex tribus refugij ciui tatibus ad inuicem eque distā tibus et ibi inquietari ab vllo nō poterat. Non tamē redire ad propriam ciuitatē ante mor tem summi sacerdotis. Nā tūc liber ⁊ tutus redibat ad ꝓpria Per maliciam occidit hō aiaꝫ suam inquit sapiens maliciam appellans non eam que ex op posito distinguitur cōtra igno rantiam ⁊ infirmitatem passio num interiorum. Tribus eniꝫ modis omne vitium agit̄: aut enim ignorantia aut infirmita te aut studio idest malicia per petratur. Et primum in grani tate excedit̄ a secūdo: scd̄m v̉o a tertio superat̄. Nominat igit̄ sapiens maliciam omne pecca tum: quia malum est a malicia deriuatum: vel econtra. Ma lū aūt est ꝑuatio boni. Priuat enim actū humanū modo: spe cie: ⁊ ordine. Ordine vt nō ha beat debituꝫ finem. Specie vt careat materia debita. Modo propter carentiam debite cir cūstantie q̄ precipue in crimi nalibus reperitur. Istud auteꝫ homicidium spirituale per er rorem cōmittitur: propter qd̉ ait sapientissimus salomon. Er rant qui operantur malū. Ne mo enim ad malū tendēs ope ratur. Nam ⁊ primum malum qd̉ mala contulit omnia mūdo totum occidens genus huma num: per errorem factum est. Leue enim arbitrat⁹ est adam diuinum preterire mandatum ⁊ facile indulgendum: bonum enim implere desideriū suum Cuncti quoqꝫ qui perpetrant mala: pro tunc malum illud qd̉ eligunt dicunt bonum. Q2 oia.

appetūt:veꝝ vel appēs. Sicqꝫ de heremo mūdi vbi q̄ſi tot ar bores ſūt:q̄t bona repiūt aliqd hoꝝ capere volens ad habēdū ſi ferrū incidens appetitus de manubrio exeat rationis:occi/ dit proculdubio animum cōſo cium corporis ſui:ſed per erro rem mortem meretur: qꝛ non obſtinata malicia vt āgelus to tum ſe vertit ad malum: ſed ꝑ errorē. Multiplex misericor dia dei lapſis humanis ita ſub uenit vt nō deſint ſalutis reme dia:dum adeatur ad ciuitates refugij:quas tres citra iorda/ nem ⁊ totidem vltra conſtitui voluit vt prouideretur vtriſqꝫ. Hec ciuitatis refugij ſunt que nunc manent:fides:ſpes:chari tas:tria hec. Et licet ad inuicē eas comparādo maior ſit cha/ ritas:tñ in agēdo ſunt eque di ſtantes. Tantū enim qs credit quātum ſperat ⁊ amat. Tantū ſperat quantum credit ⁊ amat. Tantū amat quātū credit ⁊ ſpe rat ⁊ tātū opaſ ad extra. Citra iordanē vbi originaſ baptiſmꝰ ⁊ vltra habenſ: qꝛ ⁊ añ baptiſ/ mū inſtitutū.ſ.in veteri teſtō ſi cut ⁊ poſtea in nouo in meſſia inchoāte nullus ab eterna mor te ſaluari valuit niſi i vna haꝝ vina repireſ cū virtutes ita cō nexe ſint vt q̄ vnā obtinet vere

nulla ſibi deficiat. Nā ſine fide impoſſibile eſt aliquē placuiſſe deo. Sꝫ accedentē ad eū in ſa/ lutē ſemꝑ oportuit credere:qꝛ eſt:⁊ ꝗ inquirentiū ſe remune rator eſt: ⁊ ipam remuneratio nē expectare qñqꝫ exhibendā: ⁊ deū ſuꝑ oia:ꝓximū v̇o ſicut ſe ipm diligere. Nūc ⁊ deinceps diuulgata lege meſſie ꝑ orbem quā p̄dicauit:eadē q̄dē ſed ma gis diſtincte credē oportebit. Et que illic cre debāt fiēda iple ta eē i iſto meſſia ieſu fateri ne ceſſariū erit ad vitā eternam. Nec penitētia ſalutaris ab his ciuitatibꝰ excludiſ: ſꝫ tm̄ qs do let de offēſa amici quātū amat. Sꝫ iā plixā iterp̄tationē duca/ mꝰ ad finē ꝓpoſiti nr̄i. Quātū qs ꝯuerſareſ i mūdo fretus oī caterua v̇tutū etſi mortē nō gu ſtabat eternā:tñ añ mortē ſūmi ſacerdotis redire non poterat ad dilectā ꝓpā ꝫ ciuitatē felicita tis etn̄e. Sꝫ imediate mortuo ipo q ſe i illis ꝯtutauerāt v̇tuti bꝰ liberi ⁊ letabundi ad ꝓpā re uerſi ſūt ſupna. Quis āt ſūmꝰ ſa cerdos ſit iā audiſtis ſuꝑ. Meſ ſias iſte almificꝰ:cui p̄s ꝯcinen do p̄ſonuit. Tu es ſacerdos in eternū ſꝫ ordinē melchiſedech Et ſic oportuit chriſtū pati ⁊ in trare in gloriā ſuam ciuitatis hieruſalē:vt nob̄ locū pararet.

Amaon.

Spiritus eductus de litera pij decreti dominici super mel dulcis: quia et si subtilis tamen perutilis et deuotus: et quod ex eo recepi multum refecit. Nondũ autez cõcipio quod nunc et alias supra insinuasti: genus scz humanuz ex vitio primi parentis totũ occisum per originale traductum. Nam si vno peccante alter punitur in anima: quis innocẽtie relinquitur locus: cum tu etiaz supra firmaueris illud propheticum verbum: filius nõ portabit iniquitatem patris: intelligi debere quo ad punitionem anime: sed vnusquisqz in peccato suo morietur. Certum est quod non peccat filius qui concipit cum nondum sit: et quod i actu non est agere non valere male vel bene. Parentes nõ peccãt generando: cum actus cõiugij sine peccato valeat exerceri. Al institutor connubij deus fuisset auctor peccati: qui ad hũc finez instituit quod nephas est dicẽ Per quas ergo rimulas ĩtrat istud peccatum: vbi tot sunt innocentie presidia: cum etiã nec synagoga nostrorum scribaruz hoc doceat: nec schola philosophoruz hoc ponat ex paucis q̃ vidi ex eis. Ad hoc expecto tuam solitam illustrationez et ad messiam redibimus.

Peregrinus.

Interrogatio tua nõ mediocris intelligentie est nec ad eam enodandam philosophorum pficiunt dogmata. Ubi querit fides phor: argumentis valefacere: est necessariuz. Sed nec fides habet meritum cui humana ratio pbet experimentum: aliter non acquiesceres auditis. Eulogiõ autem illud integrum manet q̃ dictum est: Unusquisqz in iniqtate sua morietur. Neqz enim qui propter originale dãnatur ad penam priuatiuam alterius peccato sed suo punitur. Qđ etsi non fecit: tamen contraxit quia vnum erat cum illo et in illo a quo traxit quando illud quod traxit cõmissum est. Sic enim modicũ fermentũ totam massam panis corrũpit: et amaritudo radicis ad ramos: et fructus per humorem infectũ traijcitur sic illud vnum ade peccatum massaz humane nature que tota nunc erat in eo virtualiter infecit: et in omnes qui ab eo sunt scientialiter propagari deriuatum est. Messias qui dicitur christus solus euasit: quia

in eo fuit tm̄ ꝫm corpulentie vl' corpoream substantiam: nō ꝫm seminis propagationem: con/ ceptus de virgine mystico spi/ ramine: nō ex virili semine. Et queadmodū manu perpetrāte homicidium vel furtū exigēte insticia: nō sola sed totus homo propter defectum pncipij mo/ tiui totius hominis scꝫ volūta tis perimitur: ita cum partici/ patōe speciei omnes homines sint vnus homo: in quo quot i/ diuidua quasi tot membra: adā primo principio actiuo ad mo tum generationis peccante to tum debet puniri quod erat in eo: ⁊ ab eo per virtutem actiuā ipsius in alios propagandum. Unde omnes in adam pecca/ uerunt. Unde rabbite nec spm̄ qui viuificat querunt in sacris codicibus: nec litteram satis at tendunt. Nā ex v̄bis psalmiste euidentissime hec elicere pōt dicentis. Ecce enim in iniqui/ tatibus cōceptus sum: ⁊ in pec/ catis peperit me mater mea. Et propterea circuncisio abrae data est ⁊ semini eius: non solū in signum sed in remediū: qd̄ euidentissime ostenditur in eo quod ait: Masculus cuius pre/ pucij caro circūcisa non fuerit delebitur anima illa de populo suo: idest de cetu sanctorum. Et rationem assignans subdit: qa pactum meum irritum fecit. i. mandatum meū transgressus est adam: in quo tunc ipse semi naliter erat. Et propterea ma/ sculus natus ex legis edicto q̄/ dragesimo die sue natiuitatis ex vtero: cum hostijs offerebat in templo: vt sicut anima inno cens tunc a deo creata in qua/ dragesimo die a prima natiui/ tate in vtero seu a principio cō ceptionis ingreditur vt téplū corpus organizatuꝫ sed infectū vnde ⁊ ipsa macula originalis inficitur. Inde sacrificijs expie tur vel expiāda vel expiata mō stretur.

Cleophas.

Quāuis pfunda satis sit materia d̄ originali tra ctata: tu tamē magister ⁊ domine ita enucleasti exem/ plis: ⁊ auctoritatibꝰ confirmā/ do: vt palpabileꝫ ipsam feceris veritatem. Pulsat tamen que/ stio animum meum verbum p phete inductum cū in plurali dicat in iniquitatibus se con/ ceptum: tu autem vnum origi/ nale nunc vsqꝫ asseruisti cōtra/ ctum a cunctis non plura.

Peregrinus.

Expedite respōderi pos set nō insolitum in scri pturis plurale poni ꝑ singulari ⁊ sic ibi accipi posse. Sed melius dicit plurali nu/ mero. ideo visum fuisse quia et si originale essentia sit vnum: effectus est multiplex. Nam in ficit ⁊ deordinat omēs anime vires: rationem. s. ignorantia: voluntatem malicia: ⁊ concupi scibilem concupiscentia: irasci/ bilez debilitate ad bonum que quatuor vulnera dicunt anime Est enim ipm originale priua/ tio originalis iusticie. Quod/ dam enim donum fuit diuini/ tus collatuz ade vt a principio humani generis ipsa origina/ lis iusticia in cūctos cum semi/ ne transfundenda esset: que cō sistebat in hac rectitudine cum gratia vt corpus subditum eēt spiritui: sensualitas rationi: spi ritus creatori plene ⁊ sine vlla contradictiōe. Hac ablata per inobedientiam ade remanet i/ ordinatio omnium potentiaꝝ ad sua tendentium. Et hoc trāf funditur loco iusticie origina/ lis: quod originale dicitur pec catum. Ex hoc etiam habet in/ clinatio ad omnia actualia cri/ mina: que vtiqz non solum plu ra sed inumera sunt que incli/ natio concupiscentia nominat

Et ipsa concupiscentia origina li ablato quo ad reatum: rema/ net actu in cunctis inclināns ha bitu non actu semper: sed plus ⁊ minus ꝫm ⁊ naturalia colla/ ta: ⁊ gratuita addita et exerci/ tia propria. Ad matrem messie non intendo regulam extende re traditam: forte in processu si non deficiat tempus aliquid i/ ducemus. Ipsa enim est que ca put serpentis antiqui cōtriuit sola idest concupiscentiā caput vitioruz: gratia ab vtero reple ta. Sed iam ad ipsum messiam redeamus. Et lege moysi eua/ cuata ad iesum naue manū mit tamus: qui nomen meruit obti nere messie. Prius tamē ex ge stis ipsius moysi christum pas sum figuratum cernamus.

Aamon.

Discurre quolibet. Sem per enim gratiora pro/ pinas. Ex pinaculo tem pli nunqꝫ tantam doctrinam tanqꝫ sapidam vt hodie ex ore tuo suscepi.

Peregrinus.

Dilectus deo ⁊ homini/ bus moyses prophetaꝝ excellentissimus veteris testamenti cum appropinqua/

nit ad rubum ardentē: vt apti⁹
intueretur quomodo cōtinue
ardens rubus non comburere
tur: audiuit dominū inde sibi
loquentem. Uidens inquit vi/
di afflictionem populi mei qui
est in egypto ⁊ descendi libera
re eum ⁊ introducere in terrā
lacte ⁊ melle manantem. Eteni
deus ignis consumens est ait
ipse moyses: omnem videlz au
ferens malicie rubiginē ⁊ mū
di affectum. Rubus v̄o seu spi
netum natura existit humana
penis ⁊ afflictionibus pungiti
uis vndiqꝫ fulta. Ignis igitur
in rubo est deus humane na/
ture vnit⁹ in qua sustinuit pun
ctiones penarum ⁊ obprobrio
rum. nec tamen est passa diui/
nitas. Indeqꝫ liberatus est po
pulus de seruitute diabolica.
Hic est moyses qui cuz teneret
manus eleuatas ad celum: cum
virga victoriam habuit cōtra
amalechitas. Christ⁹ eni iesus
man⁹ tenens eleuatas in ligno
crucis deuicit demōes: hostes
populi dei. Ipsa enim virga q̄
in terram proiecta: facta est ser
pens in manu moysi tenta: mi/
racula faciebat. Uerbum enim
crucis pereuntibus qui terra
sunt per affectum data serpen/
ti in cibum: non solum stulticia
erit gentibus: sed ⁊ iudeis co/
luber virulentus eos scandali
zens. His autem qui salui fient
virtus dei erit lignum. Ipsa ē
aquas amaras i dulcedinē ver
tens: quia si crux christi ad me
moriam reuocetur nil est adeo
aduersuz quod equo animo nō
tolleretur. Hic moyses duode/
cim misit exploratores ad pro
missionis terram: vt ex vitis
fructu mirabili allate in ligno
per illos acuerentur cuncti ad
pugnandum pro eius obtentu
in signum cum videlicet chri/
stus mittet duodecim aposto/
los suos qui iteriori oculo hie/
rusalem perlustrata celesti di
scurrentes per orbem vniuer
sis predicabunt christum cru/
cifixum qui est vitis vera affe/
rens vinum dilectionis quod
letificat cor hominis: in quem
sapientes non fatigabuntur tē
tationibus et tribulationibus
fideles animis suis deficien/
tes. Et quia propter ethiopis/
sam in vxorem ab eo ductam:
zelo inuidie ducta murmura/
uit maria lepra percussa est ad
tempus. Nam quia iste messi/
as christus sponsam sumens ec
clesiam de gentibus collectam
vitijs denigratam: sed super
niuem dealbatam cum asper/
sa fuerit aqua cum isopo fidei
passionis: emulatrix synago/

ga detrahens et obloqui de eo non cessans lepra perfidie i ficietur vsqz ad septimã mũdi diem quãdo reliquie salue fiẽt sancte lepre recognita culpa.

Cleophas.

De nostre legislatore sa/ tis congratulor magna ꝛ mira audisse: quia ad sapientiam eius ꝛ probitatẽ se/ ueritatem cum lenitate miscen tem in iudeis nimis afficior. Sz tamen nostri doctores atqz magistri docent in synagogis cum propheta nũcupatur sine proprij nominis expressiõe de dauid esse intelligendum: quia ipse maximus prophetarum. Tu autem moysen excellentissi mum prophetarum asseruisti. Incidentem hanc questiuncu/ lam insolutam oro non dimit tas: vt ad messiam qз citius re uertaris.

Peregrinus.

Moysen excellentissimũ propheta non incon/ grue nec per excessum dixi: qr simpliciter cunctos an/ tecellit. Nam cum ad comple/ mentum prophetie tria conti/ neant scz vt videat ꝑpheta que procul sũt a cõmuni ꝛ naturali hominum cognitione: atqz ipsa populo annunciet miraculisqz tanqз vera cõfirmet. Moyses iste triphariam vidit que alij non videbant. Uisione corpo/ rali quidem: vt rubum arden/ tem non consumi. Imaginaria vo quasi ad nutũ habebat: non solum audiens verba: sed etiaz loquentem videns ꝛ nõ solum in dormiendo sed etiam vigi/ lando. Uñ de eo scribit: Quia loquebatur ei dominꝰ facie ad faciem: sicut loquitur quis cum amico suo. Uisionem vo intel/ lectualem habuit clariorem eo ꝙ vidit ipsaz diuinam essentiã quod de nullo alio ꝑpheta di citur. Unde i libro numeri scri bitur. Quia palaz ꝛ nõ ꝑ enig/ mata vidit deum. Dauid autez ꝛ si per visionem intellectualẽ diuinorum mysteriorũ copio/ sius fuerit: non tamen diuinaz essentiam clare intuitus ẽ. Sz ꝛ quãtum ad denunciationem etiã alios moyses precellit: qa loquebatur toti populo ex per sona dei quasi inducens ipsum ad obseruantiã legis moysaice iuxta illud Malachie: Memẽ tote legem moysi serui mei. In tertio etiam quo prophetia fir matur scz operatione miracu/ lorum etiam moyses superior inuenitur. Unde i deuterono.

dicitur: Non surrexit vltra propheta in israel sicut moyses qui nosceret dominũ facie ad faciem in omnibus signis atqꝫ porten tis que per euꝫ misit vt faceret in terra egypti pharaoni ⁊ oĩbus seruis eius vniuerseqꝫ terre illius. Uisio autem prophetica dauid ex propinquo attingit visionem moysi: quantum spectat ad visioneꝫ intellectualem: quia vterqꝫ accepit reuelationem intelligibilis ⁊ super naturalis veritatis absqꝫ visione imaginaria. Uisio tñ moysi excellentior fuit quãtum ad cognitioné veritatis. Sed dauid plenius cognouit ⁊ expressit mysteria incarnationis christi. Et ideo qui ipsuꝫ dauid dixerunt maximum prophetarum non male sed minus proprie locuti sunt. Nam maximus est nõ simpliciter sed ꝫm aliquid: idest quo ad mysteria reuelata ď christo messia.

Amaon.

BOne magister ex solutione questiuncule socij mei magnã questionem menti mee inseruisti. Dixisti enim si recte percepi moysen deum vidisse aperte. Scio deum mentiri non posse. Cum ipse deus moysi poscenti vt ostenderet ei gloriam suam: ipse responderit: non videbit me hõ ⁊ viuet: quo pacto videre deũ potuit qui adhuc viuebat ĩ mũdo? Quomodo etiam si deũ vidisset ad aquas contradictõis infidelis esse potuisset ⁊ deum offendere?

Peregrinus.

ACuta satis est inquisitio tua quã indiscussam dimittere nolo. Celeriter tamen expedire vt tempus sufficiat ad aliarum que restãt scripturarum interpretationem. Uidit moyses vtiqꝫ diuinam essentiam non in subiecta creatura vel per imaginarias visiones: vt iacob cũ dixit: Uidi deũ facie ad faciem ⁊ salua facta est anima mea. ⁊ isaias: Uidi dñm sedenté sup soliũ excelsũ ⁊ eleuatũ ⁊ plena erat oĩs terra glia eius: sed palam vidit vt angeli in patria ⁊ hoc per lumen glie de quo ps̄. In lumine tuo videbimus lumen: participatum quidem ab eo nõ per modum forme ĩmanentis: sicut participaꝫ ab angelis beatis: sed p modũ cuiusdam passionis transeũtis Uñ non sequitur q fuerit simpliciter beatus. Et ideo cũ non deficeret esse viator: nec etiam per hoc nomen prophete sibi

eualcauit. Et quia nō ē homo qui faciat bonum super terrā ⁊ nō peccet: quimo septies i die cadit iustus ⁊ resurgit: non im possibile fuit in peccatum labi ad aquas contradictiōis: Pro pter quod domin⁹ dixit. Quia non credidistis mihi vt scifi/ caretis me corā filijs israel non itroducetis hos populos i ter ram quā dabo eis. Utrum aūt illud mortale fuerit vel venia/ le non facile iudicandū: ⁊ si q dam opinantur charitatē tūc ipsum ad horā deseruisse. Dñi autem sententia: qui fidelis est in omnibus verbis suis: inuio labilis manet: quia deum vidē non potest in hoc mortali cor/ pore constitutus purus homo viuens vt cōmuniter viuitur scʒ sensibus vtens. Et ratio est quia spiritus est deus absqʒ oi materia. Et cum videri nō poi sit nisi ab intellectiua potentia necesse autem sit quēcunqʒ in/ telligentē fantasma speculari que materialia sunt: quia a sen/ sibus accipiuntur: ideo vtendo potentijs sensitiuis non potest in hac vita deus ab intellectu hominis videri seu cognosci: nec per modum rei corporalis qualis non est diuina essentia. Ipse enim deus excedit nō so/ lum corpora quorum sunt fan/ tasmata: sed ⁊ omnem intelligi bilem creaturam in infinitum Sed cum intellectus human⁹ eleuetur ad altissimā dei visio nem oportet vt tota mentis in tētio illuc adducet: ita ꝙ nihil intelligat seu accipiat a fantas/ matibus: sed totaliter alienat⁹ ab eis: ⁊ alijs sensibus totaliter feratur in deum. Sic igitur nō viuens vita sensitiua sed alie/ natus omnino a sensibus: ⁊ si vi uiuens vita vegetatiua diuinā essentiam videre potuit. Non tamen frequenter sed perra/ rissime talem habuit visionem Nam alias visiōes frequētissi mas imaginarie habuit: vt cū legem recepit ordinata qdem fuit per angelos apparentes i aliqua forma ⁊ dñi personam representantes. Huic demum pphete sanctissimo dñs dixit. Prophetā suscitabo eis de me dio fratrum suorum similē tui ⁊ ponam verba mea in ore ei⁹ loqueturqʒ ad eos omnia que precepero ei. Qui autē verba eius audire noluerit ego vltor existam. De ipso messia christo ibi locutus est dominus qui si/ milis fuit moysi i genere: idest homo sicut moyses: sed nō pu/ rus hō vt moyses: legislator vt moyses: sed ille legem timoris Iste legem amoris dedit. Lex

illa moysaica dicit lex mortis: lex huius euangelica lex vite & spirit⁹. Propheta fuit moyses procul videns cõmuniter. Etsi ad horam prope & clare vidẽs propheta christus est inquãtuz viator cum erat mortalis annũ cians que procul erant a cogni tione hominuz occulta cordiũ & futura. Sed quia comprehen sor erat: ideo non obscure: vt ꝓ phete sed limpidissime omnia in verbo videbat & cõtinue ha bens non solum sapientiam di uinam inquantum deus sed et scientiam beatoruz possidebat anima eius: ac etiam scientiam inclitam vt angeli & prim⁹ hõ in creatione eoruz a principio sue conceptionis & adeo eminẽ tem vt in ipso augeri nõ posset Quantum ad scientiam experi mentalem ex his que passus ẽ didicit vt misericors fieret. Suscitatus fuit iste ꝓpheta de medio fratruz: quia de genere iudeorum miraculose cõcept⁹ est & natus. Et sermonem quẽ ab eo audistis vos & alij nõ su⁹ erat ſʒ ei⁹ q miserat pẽis. Unũ re stat ꝙ q ñ audiet eũ credẽdo i eum a dño exterminabitur.

Cleophas.

Ita videt ꝙ itellexerint aliqñ turbe que colloq/ bant istũ xp̃m eẽ illum prophetã ꝓmissum: vñ vocife/ rabant hic est vere ꝓpheta qui venturus est in mũdũ & ꝓpha magnus surrexit in nobis.

Peregrinus.

Ad iesuz naue dirigem⁹ sermonẽ vt & i eo cerna tis qr oportebat christũ pati. Hic iesus naue a dño prin ceps ppli sui peculiaris institu t⁹ mortuo moyse legis antiq̃ la tore q̃ umbra extitit futuroꝝ bo noꝝ tipice ẽ xp̃s iesus: quẽ de⁹ ꝑncipẽ posuit & saluatorẽ mũdi ipmqꝫ dedit caput eccl'ie i mẽ/ bra influẽs vitã sensũz & motũ spiritalẽ legalib⁹ ad sepulchrũ cũ honore deductis vt robora ti ex ei⁹ xp̃i pñtie accingantur ad prelia: qr nõ est hominibus colluctatio carnis & sanguis: ſʒ aduersus ꝑncipes & ptãtes ad uersus mũdi rectores tenebra rũ haꝝ ꝯ spiritalia neqtie in ce lestib⁹. Iste iesus verus ꝑ fluui uum iordanis aq̃ baptismalis quã ipm itrãs sanctificauit: nõ emũdationẽ qua nõ egebat in/ de recipiẽs sed regenerationẽ spũs ei conferens oẽs milites suos p ipm trãsuexit: aquas ife riores false scie & erroꝝ ibi ad nihilũ ducẽs: supiores vo sapie salutaris ad sublimia ꝓmouẽs archa federis i medio firmata dũ transiret vniuersus pplus

quem ipsum eundem significat dominū iesum. Nam lignū im putribile sethim: ex quo fuerat archa formata quid aliud q̄z ei⁹ corpus qui nō vidit corruptionem ex matris purissimis for/matum sanguinibus? Que itro erant insinuant animam san/ctissimam: veritatem legis: mā suetudinem seu dulcedinē mā/ne: ⁊ virgam iusticie continentem. Erat autem intus ⁊ extra auro operta: quia actus iteriores ⁊ exteriores ipsius sunt p/fectissime dilectionis. Propi/tiatoriū autem quod arche preeminebat confixa manebat di/uinitas est eius: qua propitiat iniquitatibus plebis. Hec igit archa deifica in aquis firmat dum populus transit: quia hic est qui baptizat interius. Lapides duodecim firmissimi ad/ducuntur ⁊ educuntur exinde a duodecim strenuis viris: qa duodecim articuli firmissime veritatis fidei ibi reddent ab edoctis: ⁊ inde erudiuntur in/docti: quos colligent apostoli duodecim huius messie. Ipse iesus transito iordane qnq3 reges inter ceteros cruci affixit: vbi claruit prodigium solis et lune: quādo videlicet qnq3 sensus qui hominē regunt i terra cruci affixos tenuit et afflictos visum videlicet ex irrisionum aspectu: auditum ex contume/liarum relatu: gustū ex felle potatum: odoratum ex fetore ini/bi cadauerum: tactu3 non solū in manibus vbi magis viget s3 per totum attritum. Hi sunt p/me radices vitiorum cum oīs nostra cognitio ortum habeat a sensu ⁊ a cognitione appetit⁹ accipiat suum obiectum vbi luminaria celi tantam feritatem ac seuitiem contra suum actorē non ferentes se absconderunt: in hoc etiam instruens qui xp̄i cupiunt milites esse: carnē suā crucifigere cum sensibus ⁊ concupiscentijs suis. Demum iste iesus validissimo hierico mu/ros postq̄z sacerdotalibus tubis funditus euertit mirabilis sc3 mundi vitiorum alta edifi/cia ⁊ obstinatissima suorū disci pulorum predicationibus ad nihilum duxerit exercitus su/os fidelium qui legitime certauerint terram promissionis i/troducet vnicuiq3 tribuēs partem s̄m opera eius elimina/tis ⁊ exterminatis prius ex il/lis qui ibi fuerūt gigantes no/minati statura magna scientes bellum quos non elegit domi/nus spirit⁹ sc3 apostaticos. At siquis fidelium cōtra interdu3 de mundi thesauris erariū vel

parum tulerit etiã occulte: iesu võ occultari non poterit: sz velu ti achoz q furatus est de ana themate hierico pauca quedã coram omnibus sententialiter manifestat⁹ exterminabit a po pulo dei. Habetis ergo ꝓposi tũ quomodo opoztuit christuz pati: vt intraret cum suis gliaz suam repromissionis terram.

Cleophas.

AUribus nostris audiui/ mus ex te dñe mi venerã de Jesu naue magnalia gesta ⁊ maioza ibi sigra de mes sia iesu: ⁊ exultauim⁹ ⁊ delecta ti sumus non modice. Sed titi lari sentio desideriũ meũ scire ⁊ illõ quod existimo ibi latere mysteriũz quãdo magnanim⁹ ille iesus insidias posuit cõtra habitatozes hay: ⁊ quasi timẽs fugam simulauit terga vertẽs hostibus suis. Post pzo signo dato militibus suis scutũ suum erexit illis indicans vsqz ad in tentionẽ omnes foze delẽdos.

Peregrinus.

DUm ergo carissimi ad alia festino .qz plura ex breuitate postpono: ⁊ qz vos vidi quasi metentẽ sequen tes: spicas colligere derelictas in agro scripture: etiam ex in/dustria aliqua intacta vobis di mitto: vt minus egeat inopia vestra sicut ⁊ optim⁹ ille booz vnus ex messie patribus. Ruth moabitiden quã postea duxit vxozem suis fieri mãdauit. Ex recolectis autem ex vobis spi/cis ne ariste ĩpediant volo gra na nuda excutere latentis spũs vt vtilius ⁊ delitiosi⁹ edere va leatis. Sane sicut habẽti iustũ bellum cozpozale vti insidijs ꝯ hostes suos: nec contra fas: nec cõtra ius est ita in spirituali pu gna quã semper iustissimã ha/bemus contra nequitias infer ni: quia auferre nos: ⁊ nostra ĩ quietare non cessant: vt aggre/gẽt sibi: ĩsidias ponere licitissi mum est: videlicet occasiones maloꝝ vitare vt timidos virtu tes occultare quasi imbecilles ⁊ ardua ad tempus fugere. Cũ autem vehementer vrgent vi/ctoziam expectantes: tũc scuto crucis erecto debẽt milites dei viriliter dimicare eis resisten do ⁊ ozationibus: ieiunijs: ele mosynis: exhoztationib⁹: lectio nibus: sacramentis impugnan do eozum oĩa demoliri. Qd egregie ĩ facto docuit iste mes sias. Nam potentia sua pcussit superbum leuiathan capiẽs hõ deitatis hũana mõtalitate esca to. Unde ⁊ frequẽter tanqz im

becillis timebat mortẽ: psecutores fugiebat: ambulabat i galilea: dimissa iudee puincia: qꝛ volebant euꝫ iudei interficere Ex itinere fatigatus sup fonteꝫ sedebat: potum postulans a muliere ⁊ hec q̃ꝫ plura vt sic celaret diabolo sue diuinitatis robur. Demũ cum extimauit mũdi princeps se esse victorẽ: scuto crucis erecto captus fuit et destructus inimicus.

Amaon.

O Utinam dies ista ptenderetur in dupluꝫ sicut factum est oratione ipsius iesu naue: cuꝫ aduersarios insequeret: vt historiales oẽs ⁊ prophetales codices: nec nõ ⁊ sapientiales discurreres. Nã que tenebrosa est aqua in nubibus aeris: vmbraticis verbis scientia tua ⁊ interpretatiõe vt cristallus clareret. Jam vt placet ad alia progredere.

Peregrinus.

EX iudicum libro qui sequitur Sanson ille fortissimus in mediũ veniat: qui ab aliquibus hercules est suspicatus ⁊ falso cũ sanson ex circũcisione sanctissim⁹: ille ex preputio impius ⁊ imitissimus. Hic igitur sanson annunciatus ab angelo matri: ⁊ qdeꝫ etiam patrem nõ latuit postea ex matre sterili miraculose nazareus fuit abvtero matris sue idest domino consecrat⁹. Que omnia messie conueniunt: sed explicare non curo. In iuuẽtute autem sua in deserto leonem spiritu dei occidit parentibus celans: sed mel in ore eius reptum comedens parentib⁹ partem tribuens. Tanq̃ꝫ leo q circuit querens quẽ deuoret: aduersarius diabolus est: quem ĩ deserto christus occidit dũ ei⁹ rabidas tentationes superauit Ego eni vt alias dixi deo operante omnia eius opa ad liquidum noui. Unde ⁊ multa vob̃ occulta reuelo. Et si fuit ignotũ parentib⁹ suis: fructu tñ illius victorie tanq̃ꝫ mel dulce se ⁊ ppinquos non paꝝ refecit. Prostrauit sanson mille ex alophilis mãdibula asini vltra alios p se occisos: qꝛ simplici doctrina discipuloꝝ plures itceremit in mentibus audientiũ demones: vel vitia ⁊ innumeros subruet cum discurrent per orbeꝫ. Et ex illa maxilla ĩ terrã piecta fons ĩdeficiẽs egredieṫ scripturarum exponentiũ doctrinam illoꝝ simplicẽ postq̃ꝫ p mortem ad terram descendẽt. Hic mulierẽ diligens meretricẽ in ciuitatem eius descendens ibiq̃ꝫ quiescẽs dũ gaudẽtes philistei

se putarūt captū tenere: noctis medio fortissimus surgēs: non solū teneri nō potuit: sꝫ portas cū vectibus humeris ferret: ciui tatem exiuit montana ascēdēs. Sic xp̄s naturā nimis huma/ nā diligens: que meretrix erat fornicata cū amatorib⁹ multis idoloꝝ ꝛ creaturaꝝ vt inuehit deus p̱ Jer. ꝯtra ipsam ad peni tentiam vocās descendit i mū dū. Jbi demū quiescens p̱ mor tem cuꝫ inimici eius iudei vel demones exultarēt inimicum arbitrantes suū detineri a mor te i infimis terre hac nocte me dia surrexit fortissim⁹ ꝛ confra ctis portis eneis cū ferreis ve ctib⁹ in ꝯfusionē inimicoꝝ ad montē dn̄i cito ascendit. Ama uit precipue dalidā: cū qua ē et diu ꝯuersat⁹: vt infidelis ꝛ pes/ sima dedit cū in manib⁹ inimi/ coꝝ ꝛ infideliū a qb⁹ cecatus ꝛ vinculatus. Tandē seip̄m occi dens ipsis hostib⁹ plures stra/ ges dedit moriēs: q̄ꝫ fecerat vi uus. Synagogā enī dilexit mł tū in ea cōuersatus cōtinue nil ei tenens occultū. Sed vt p̄di/ trix ꝛ terrenoꝝ amore deuicta ad occidendū dedit in manus infideliū: pilati. s. ꝛ suoꝝ a qbus victus illusus ꝛ q̄si ignorantia cecus iuxta illd̄ ps. Cōgregata sunt sup̱ me flagella ꝛ ignora ni. Se tradens in mortē inimi cos p̄pli sui occidit sicq̄ꝫ pp̄lm suū liberauit. Oportebat ergo xp̄m pati vt ex liberatiōe suoꝝ gloriosus efficeretur.

Cleophas.

debilitate deficias. Si p quia
filius dei es remitte ieiuniorum
rigorem. Sed scuto ait psalmista
circumdabit te veritas eius veritas scz
scripture inducte: vnde non ti
mebis a timore nocturno scilz
afflictionis et defectionis cor/
poralis: qui timor suadet fran/
genda ieiunia et alia opera de/
bita ex accidia: et si inconueni/
enter fiat. Ut scutum enim op/
posuit veritatem scripture di/
centis. Non in solo pane viuit
homo: sed in omni verbo quod
procedit de ore dei: quo scuto
inimici iacula in eum retorsit
quasi ei diceret: Quia anime
tanquam principaliori hois parti suus
conueniens cibus non est sub/
trahendus: nullus autem ei sua/
uior cibus quam veritas precipue
scripture: que dicit in omnibus
deo parendum ieiunijs et labo
ribus vsque ad mortem nullus
inconueniens faciendum. Immo
lapides in panes conuertere non
debeo: quia irrationabiliter esset
et vitium gule. Cum mihi aliter
valeam prouidere vt ad castra
vicina accedere: miraculum ex
petere: indebitum foret. Non
timeo a timore nocturno defe/
ctionis quam suades: quia in al/
tissimi adiutorio habito sperans
in eum. At hostis antiquus p/
pendens in pugna de carnali
vitio succubuisse: de spirituali/
bus nequitijs cum eo certare cu/
rauit inanis scilicet glorie et ela/
tionis: sciens quia nulla est tam
excelsa virtus que dulcedine glo
rie non tangatur. Et hec sagitta
prius est menti infixa quam visa: vo
lans in die bonorum operum.
Unde ei supra pinnam templi
constituto dixit: Si filius dei es
mitte te deorsum: cum non leda
ris in aliquo ab angelis dei su/
stentatus. Uiso miraculo ma/
nifestabitur mundo sanctitas tua
vnde deus glorificetur. Intende
bat malignus ille: vt gloriam suam
inde quereret ex laude plebis
sequenda vel saltem si dei esset
filius: efficaciter agnosceret. Sz
mentita est iniquitas sibi. Nam
illico veritatem dei loquentis in
deuteronomio vt scutum apposu
it dicens Scriptum est Non tenta/
bis dominum deum tuum. quasi dicat.
Cum quis pot in aliqua re sibi huma
nitus prouidere spectando cois ex
pectare diuina presidia: presum/
ptionis hoc est et dominum tentare. Agere
quippiam vt quis singularis appa

reat ⁊ laudetur ab hominibus non est dei gloriam sed ꝓpriaȝ querere. Et cum glia ipa ꝓpria sit ipsius dei sponsa quā nulli cōmunicat: ego dn̄s inquit per Jsa. glīam meam alteri non dabo. Hoc agere ē deum tentare ⁊ contra se dei iracundiam ꝓ/uocare qd̄ fiendum nō est. Nō igitur timuit a sagitta volante in die suggestioni repugnans serpentis. Demū tertiū aggressus est prelium eum in monteȝ excelsum ducens: Ostēdit oīa regna mundi ⁊ gliam eoruȝ ⁊ dixit: Hec oīa tibi dabo si ca/dēs in terram adoraueris me. Reminiscens hostis ille anti/quus ꝙ p̄mos parentes fortissimos spiritu deiecerat nō soluȝ gulla dicens: In quacunqȝ die comederitis: ⁊ elatiōe subdēs: eritis sicut dij: sed etiā auaritia concludens: scientes bonum ⁊ malum: ex quo superatꝰ fuerat in p̄mo ⁊ scd̄o cōgressus auda/citer aliud inchoauit certamē auaricie ⁊ ambitiōis. Promittit ei dignitates dare p̄sidenti/as ⁊ regimina: si tn̄ adorauerit largientem adulationibꝰ plu/rimis: si ei seruierit in muneribus ⁊ obsequijs imuneris qd̄ fieri non valet nisi cadendo: et quidem hoc nisi negociū am/bulans in tenebris ⁊ ita densis

ꝙ a paucis aspicitur dum sub specie boni vt valeat prodesse querat ⁊ cupiat preesse: sed ve/ritatis diuine scuto protectus non timuit christus a negocio isto sȝ resilijt dicens: Dn̄m deū tuum adorabis: non homineȝ ⁊ illi soli seruies. Promittit cupidis serpens ille qui comedit terram gliaȝ regnoꝝ: diuitias videlicet si tn̄ nūmum colat vt deum inumeris curis: ⁊ illi so/li seruiat sollicitudinibꝰ nimijs ⁊ laboribus exquisitis: vt salteȝ per diuitias honores sibi ⁊ dignitates valeant vendicare: ex quo peccunie obediunt omnia nisi virtutes ⁊ gratia. Istd̄ aūt est ruina ⁊ demoniū meridia/num. Notum est enim omni/bus auaricie vitium: ⁊ si a ma/iori vsqȝ ad minorem: a sacer/dote vsqȝ ad leuitam oēs aua/ricie studeant fm̄ Jere. que cū aliquē arripuerit mox in oīuȝ prosternit ima vitioꝝ dirutis virtutibus. Non timuit pauꝑ christꝰ a ruina ⁊ demonio me/ridiano: sed repulit dicēs: Dn̄ȝ deum tuum adorabis: non auꝝ vel argentum ⁊ illi soli seruies Et tūc diabolus discessit ab eo vsqȝ ad tempus. s. passiōis. Nā tunc iteꝝ venit princeps mūdi huius loquens per p̄ncipes sa/cerdotum ⁊ turbas dicens: Si

christus rex israel est descēdat nunc de cruce & credimus ei. Alios saluos fecit seipm nō potest saluum facere. Sperauit i dño liberet eū. Qd & ps tetigit dicēs: locuti sunt labijs & mouerūt caput supple dicētes. Sperauit in dño eripiat eum: saluū faciat eum qm vult eum. Sed i eo non inuenit quicq̄ quo caperet eum. Fixus est mansit in cruce postponens illoꝝ cōuersionē etiam si secuta fuisset: vt obedientiam patris impleret. Hec omnia operatur deus tribus vicibus per singulos inqt Job de tētato homine loquēs & per victoriam cōsolato. Prima qdem vice de vitijs carnalibus pulsans gule et accidie i primordio cōuersionis. Scda vice in profectu cōuersationis de spiritalibꝰ stimulās inanis glie & proprie reputatiōis. Tertia in prouectu status pfectionis multa suggerēs sub specie deuotionis & dei honoris. In cauda tñ serpentis vt dicit precipue latet venenū. In fine vite omnibus molitur fraudibꝰ animas expugnare: cum aliud non remaneat preliū. Sed nō deserit christus milites suos p eis dimicans victoriam obtinens & coronans. Cum eni beatus sit qui suffert tentationem qm probatus accipit coronam vite. Oportuit christum pati tentatiōes & tentari per oīa absq3 peccato: vt inde exēplo eius roborati qui sapientia pugnauit que vincit maliciam & merito victorie confortati: qa hostē prostrauit antiquum et ex ipo cauti facti ne homines quātūcūq3 perfecti securos se putent sic intremus in gloriā suam.

Cleophas.

Verba psalmiste inducta o magister emanuel de iusto viro videnł dicta nō de messia quē asseruisti nō esse hominē purum: vnde non apta videtur iterpretatio tua.

Peregrinus.

Cum christus vt caput: & viri iusti vt membra sint vnius mystici corporis qd ecclia dicitur: sicut q̄ propria dicuntur de xpo nō incongrue extendūtur ad membra: sic & multa de membris pprie dicta in scripturis extenduntur ad caput: vt illd ps. Lōge a salute mea. s. corporali verba dilectoꝝ meoꝝ. s. faciunt eē. Ubi dicta sua appellat q̄ membrorum suoꝝ. i. electoꝝ suorum erant. Unde etiam & si proprie

de viro iusto ps loquatur pro eo quod subditur: Angelis suis deus mandauit de te vt custodiant te etc. cum christus vt dictum est nō egeat custodia: tn̄ alia de eo in psalmo ꝯtenta nil obstat itelligi: et precipue quod subditur: Super aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis leonem et draconez: que ad easdem tentatōes supradictas pertinere videntur: quod hostis versutus reticuit ne seipsuz suo iaculo vulneraret.

Amaon.

Ex interpretatione tua o emanuel cōtradictionem quandam sentio i mente mea exortam dū scilicet dixisti Sathanā messie ignorasse diuinitatē: cum enim ipse magister noster quā messiam esse asseris i domo simonis petri demonia ab obsessis corporibus effugaret: clamabant illa per eos tu es filius dei. Quomodo igitur ignorabat quod tam aperte fatebantur?

Peregrinus.

Iesum christum dei filiū esse principum inferorū nullus agnouit certitudine et si cōiecturis aliquādo moueretur. Nam si cognouissent nunqꝫ dominum glorie crucifixissent instigando. Sed in passione positum cum agnoscere incipet resilire voluit ab inceptis suggestionibus quibus instigauerat corda iudeorum ad crucifigendum et non valuit: sed preualuit christus morte sua cum rapiens: quod insinuauit ps dicens: Insidiatur scilicet malignus vt rapiat pauperuz xp̄m: pauperem spiritu pauperez rebus. Rapere pauperez dum attrahit eum: idest dum attrahit rapere eum pauperem: querēdo et procurando eius mortem vt attrahat eum in infernum vt ceteros pr̄es. In laqueo suo scilicet crucis quē parauit inimicus ille: humiliabit eū paup expoliando et auferendo pauperes homines quibus dominabitur de manibus eius: vnde et cadet a principatu suo tyrannico. Magnam disputationez diu i mente sua gerebat ille callidus serpens circa istam materiam aliquando ad partem affirmatiuam aliquādo ad negatiuam suspicādo declinās: semper tamen dubius remanens. Cum enim sciret ex prophetaꝝ oraculis dei filium aliquando ad humani generis redēptionem venturum tempus ignorabat aduentus precisum. Insi

diabatur ergo vt leo in spelun ca malicie sue attendens cū ve niret vt īpediret. Uidēs itaqʒ in natiuitate chrīsti iesu: celos nouo sydere exultantes: ange/ los gloriam deo in excelsis cō cinnentes reges sapiētissimos adorantes sibiipsi dicebat: Jste erit ille dei filius in mundum venturus cui sydera obsecūdāt angeli exultant. Sed sibi respō dēs ad hoc vt superbus aiebat Quomodo potest dei filius me stis concrepare vagitibus: fe/ mineo lacte nutriri stabulo sor didiori iacere: pannis inuolui cūʒ feno? Ridiculum est ista de deo sentire. Adest mat̄ ꝛ si san/ tissima tamen sponsum habēs. Et q̄ʒuis vetulum senem tamē ex iuuencula generare innatu rale non est. Sanct⁹ igitur iste puer erit ꝛ magnus ex sanctissi mis ortus parentibus: sed non deus. Ad baptismum iesu acce dente vidēs insidiator ille ma lignus columbam super eū de scendere vocem audiens de ce lo intonare: tu es filius me⁹ di lectus: iste debet vtiqʒ dei fili⁹ esse sibi dicebat. Testimonium enim huius rei euidens est: sed repugnat nimis sententie huic ꝙ cum peccatorib⁹ ꝛ inter pec catores accedit ad ioannem vt baptismum recipiat remediuʒ peccatorūʒ. Ergo In aliquo pec cator est. Sed mundatum dei filium esse protestatus est deus non vnigenitum eius sed ꝑ spi ritualem adoptionem ꝛ sancti tateʒ eximiam. Jngredit̄ iesus desertum ꝛ cum ieiunaret sine cibo ꝛ potu: supra hominē istō esse dicebat ille malignus. Re colo tñ quia moyses et helyas sine cibo ꝛ potu transigerūt to tidem dies qui puri homines fuerunt. Si plus fecerit iste su pra illos plus q̄ʒ homo est. Si non amplius vt ceteri: ipe pec cator est: ieiunio indigens ad carnem edomādam. Cū ergo ieiunasset quadraginta diebus ꝛ quadraginta noctib⁹ ꝛ postea esuriret: ecce ait sathanas ī cor de suo: quia vere homo est: de⁹ enī minime esurit sanctissim⁹ tamen. Uidebo si aliquid lucra ri cum eo valebo: vel saltim cer tius eum agnoscere. Sed sapi/ entia vincit maliciam: ita cer/ tamen exercens vt neqʒ in ali/ quo diabolus superaret nec ipm agnoscēt. Procedit exinde ad publicū iesus. Manifestat seip sum mūdo inumeris ꝓdigijs ꝛ inaudit[doctrinis. Uidētes h̄ demoēs ꝛ se expelli q̄dā iusita ta potētia clamabāt ex q̄dā ꝯie ctura coacti Tu es fili⁹ dei sʒ re/ spiciētes ipʒ ex itinē fatigati do

lere turbari ad ficum esuriens accidere: potum sitiens petere persequētes fugere homo hic est non impassibilis deus con/cludebāt. Sed qꝛ sanctus est et nostris vijs nimis contrarius laqueum sibi crucis paremus: vt eū ad inferos cū alijs attra/hamus. Persecerunt qđ cōce/perūt. Immisit eni in coꝛ iude scharioth sathanas vt traderet eum ⁊ iudeis vt ad moꝛtem ca/perent. Qđ cum factum esset ⁊ iam illi patres in lacu detenti virtutem passionis sentirent: ꝑpendens pꝛinceps tenebꝛarū in laqueum se incidere quē fe/cerat: qꝛ redemptoꝛ hic erat q venerat captos eripere: nō cū captiuis manere: doluit nimis ⁊ laqueū destruere voluit: imit/tens in fantasiam ꝓcule vxoꝛis pilati doꝛmientis terribiles vi/siones: vt nuncium ad virum mitteret qui diceret: Nihil ti/bi ⁊ iusto illi. Multa eni passa sum ista nocte in visu ꝓpter eū scꝫ mala que ventura sunt tibi ex hoc ostensa. Et ideo nō des sententiam cōtra eū. Sed im/pediri nō potuit. Et cū iaꝫ esset in cruce leuatus ipe iesus: loq̄/bantur per quosdam ipi mini/stri sathane. Descendat nūc de cruce ⁊ credimus ei. Sed non est potentia non est consilium contra deum. Nam postq̄ illa queo suo crucis humiliauit eū inclinauit se cōfusus in astucia sua: ⁊ cecidit a dñio generis hu/mani. Et hāc vtilem simulatio/nem ⁊ in tempoꝛe assumendā pꝛefigurauit ipse dauid: qñ cū nūciatū fuisset achis regi geth de foꝛtitudine eius et ꝓbitate finxit se insanum ⁊ debileꝫ: ⁊ sic euasit ne caperetur. Opoꝛtuit ergo chꝛistum pati ista humi/lia nostra: vt diabolo celaretur ne impediret nostre gloꝛie in/gressum.

Cleophas.

Ita particularia narras de magistro nostro iesu qꝫ semper ei astasse vide/ris ⁊ nunq̄ꝫ recessisse ab eo: cū tū nunq̄ꝫ viderimus te cum eo Sꝫ ⁊ verba psalmiste obscura ita interpꝛataris perlucide qꝫ ex dei reuelatione ista habere nō possumus denegare. Un ⁊ de doctrina eius ad quā mirabilr̄ afficiebamur aliquid etiā pla/ceat enarrare.

Peregrinus.

Ex secreto iesus iste pro/cedens ad publicum vt in hoc etiam instruere/tur genus humanum pꝛius in occulto per exercitiū penitētie

ꝛ lectionis hauriendū q̄ ppl'o doctrinam effundendum cepit turbas docere. Qđ propheta p̄ cognoscēs describit in psalmo in eius persona sic loquēs: Ego cōstitutus sum rex ab eo super syon montem sanctum eius p̄dicans preceptū eius. Ubi ei⁹ conuersationis sanctitatem ponit in eo q̄ constitut⁹ rex a deo super syon monteȝ sanctum dicitur: ꝛ actionis nobilitateȝ qa predicans ꝛ instructionis sublimitatem: quia preceptum eius Constitutus a deo nō ab hominibus fuit: qui errare possunt: nec seipse ingessit: sed a deo positus super montem scȝ existēs eminentis pfectionis scꝫ continue firmitatis ꝛ pseueratōis syon que interpretatur specula tio contemplatiōis ꝛ scripturarum ruminationis. Constitut⁹ rex ad presidendū: sed propter veritatem mansuetudinem et iusticiā regna: ait idem ps̄. Actus vtiqȝ nobilissimus est predicare quem christus precipue exercuit: ꝛ solus siñ defectu. Uñ predicans inquit. Si enim debite exercetur actiuā ꝛ contemplatiuam vitam simul cōplectitur: iuxta illud psalmi. Memoriam abūdantie suauitatis tue eructabūt predicatores scilicet suauitatem diuinoꝝ: quoꝝ contemplatione debriantur predicatione nunciabunt. Is cuius figuram et ipse dauid prius in heremo stetit: postea bellum exercuit: ꝛ in regno suo ꝛ iudicia exercebat: quod pertinet ad actiuam: ꝛ psalmos cōponebat ꝛ psallebat ꝛ hoc ad contēplatiuam. Et ipse iesus in mōte solus orabat: ꝛ frequenter deserta penetrabat: ꝛ sepe in templo docebat: infirmos visitabat. Sublimitas instructiōis ibi notatur dum dicitur: preceptum eius p̄ceptum dñi luciduȝ. Quid nisi charitas est. Omnem longitudinem ꝛ latitudinem diuinoꝝ eloquiorum que lucida sūt possidet charitas: Quod idem ps̄ expresse dicens: Omnis consumatiōis: idest impletōis legis vidi finem. Latum mandatum tuum nimis. Ita enim latuȝ est q̄ omnia amplectiť creaturas cum creatore: omnia diligens propter eum. Unde ꝛ interrogatus idem iesus qđ esset magnum mandatū in lege: respondit. Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo ꝛc̄. Ad hoc tāq̄ȝ ad summā sue doctrine in vltimo sermone inducens: hoc inquit est p̄ceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Cum enim regula scđa sit propter qđ vnūquodqȝ ꝛ illđ ma-

gis qui vere diligit proximum qui propter deum diligendus est: et vtique magis diliget deum Sed notate carissimi. Nō hoc fuit primū verbum eius in predicatione: sed quid magis erat necessarium. Nam quia charitas per peccatum amittitur: et cuilibet actui peccatum mortale cōtrariatur: nec nisi per penitentiam valet reparari: ideo cum populos sciret vitijs infectos: vnde et charitate vacuos: a penitentia inchoauit dicēs: Penitentiam agite appropinquabit enim regnum celorum. Hūc etiam penitentie fructum ps intelligens ait: Qui seminat in lachrymis in exultatione metet scilicet regnum celorum. Et istud ēt preceptum pdicatum dñi adeo necessarium quod nisi cōuersi fueritis inquit ps. s. ad penitentiam gaudium suum vibrauit cōminationis gehēne: arcum suum tetendit sue longanimitatis et patientie. In arcu enim lignum durum trahitur a molli corda et quāto magis trahitur tanto sagitta emissa fortius vulnerat Sic in ista expectatione hoīum ad penitentiam corda minime trahit lignum durum seuere iusticie. Sed quāto plus expectatur quis tanto maiori iudicio condēnatur. Tarditatem enim supplicij dei ira que lento gradu procedit grauitate compensat. Et parauit illum arcum in scriptura insinuādo varias plagas contra impenitentes. Et in eo parauit vasa mortis pene et dānationis. Unde et ipse saluator. Nisi penitentiam egeritis oēs similiter peribitis. Et quia opera penitētie exterioris sūt elemosyna: oratio: et ieiuniū: de quibus ps. dispersit dedit pauperibus. et in alio psalmo: dirigatur oratio mea sicut incēsum in conspectu tuo. et ī alio: Genua mea infirmata sunt a ieiunio. fructum autē horum tollit hypocrisis et inanis gloria. Et iō christus post preceptum penitentie cautos reddit dicēs: Nolite ieiunare sicut hypocrite. Et iterum: Cum facis elemosynam noli tuba canere ante te. Et postea cum oraueritis non eris sicut hypocrite. Predicās igitur preceptū domini scilicet charitatis: primo quidē duo eius mandata que sunt totius vite spiritualis et salutis fundamentum: cum ab eis essent diminuta suppleuit. Decem precepta que sunt fundamenti superedificium dirupta refecit. Consilia que sunt ad edificij ornamen/

tum adiecit. In charitate radicati & fundati oportet q sint, q comprehendere volunt cũ omnibus sanctis in patria que sit longitudo diuine eternitatis: latitudo summe bonitatis: altitudo sapientie dei claritatis: profundum sue iuste seueritatis: quod fundamentum charitatis habet tria obiecta: scilicet deum: proximum: & seipsuz: circa que populus iudaicus errabat. Nam quantum ad primuz diligendus est deus propter se & ei seruiendum. Illi autez seruiebant deo: & deum diligebãt propter temporalia consequenda: que eis promittebant iuxta illud: Si volueritis & audieritis me: bona terre comedetis. Uel consequendã laudem humanam. Sz declarauit christ⁹ oportere intentionem esse ad deum directam non ad temporalia: dum ait: Si oculus tuus fuerit simplex: totũ corpus tuũ lucidum erit. Si autem neq̃z: etiam corpus tuum tenebrosuz erit: idest si intentio fuerit directa simpliciter i deum: corpus operis inde secuti erit gratia luminosum & deo acceptum alr secus: quod optime psalmista intelligens aiebat: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem scilicet eternam que ẽ ipse deus. A te enim inquit ipse quid volui super terram? quasi dicat nihil: sed pars mea deus in eternum. Quo ad proximuz diligendus est omnis qui eterne salutis est capax: amicus in deo: inimicus propter deum: in quo non parum deficiebant ex seniorum suorum traditionibus diligentes amicum: & odio habentes inimicum. Sed errores eorum christus eliminauit dicens: Diligite inimicos vestros. Si enim sanctus propheta non nouisset sic esse intelligẽdum: sic viuendum: non dixissz: Si reddidi retribuẽtib⁹ mihi mala decidam merito ab inimicis meis inanis: nec pro inimico mortuo ieiunasset & fleuisset morte audita & sibi viuenti pepercisset. Debet homo diligere seipsum & prius q̃z proximum: & magis ɓm spiritum q̃z ɓm corpus. Illi ṽo magis sensualitatẽ sequebantur q̃z rationem: in quo christus eos correxit dicens: Intrate per angustã portam. Et iterum: Regnũ celorum vim patitur & violẽti rapiunt illud. Et loquitur de violentia: quaz quisq̃z sibi facit in mortificando appetitus sen

sitiuos. Ad qd etiaz psalmista. Defecit caro mea ꝛ cor meum deus cordis mei. Docuit autez deum esse diligendum ex toto corde: vt nil volūtas desideret contra deum. Ex tota anima vt nil intellectus admittat in credendo vel intelligendo contra veritatē fidei. Ex tota mente vt non obliuiscatur dei inter prospera ꝛ aduersa sed firmius psistat. Declarauit ꝛ proximuz sicut se diligendum: vt scz omnē hominem quē potuerit vel bñficientie consolatione: vel informatione doctrine: vel cohertione discipline inducat ad colendū deum. Seipsum quis vere diligit quādo ꝯditiones vere amicitie ad animā seruat. Uult enī amicus suum amicū esse ꝛ viuē ꝛ q habeat bona ꝛ ad hoc operatur ꝛ laborat ꝛ delectabiliter conuersatur cū eo. Sic diligēs seipsum bm charitatem vult q anima que est pars pncipalis conseruetur in esse spirituali a quo deficit per peccatum mortale. Uult q viuat in deo nō in mūdo. Uult q habeat bona spiritualia que sunt vera bona: et ad hec laborat vt habeat bona virtutum. Delectabiliter conuersatur secum in mente: quia reperit ibi bonas cogitationes ꝛ dispositiones et huiusmodi. Sed qui diligit iniquitatē odit animam suam ait ps. Non se dilexit talis bm animam: sed bm corpus. Hoc autem fundamento restaurato decalogum quasi eius sup edificium dirutum reparauit in melius īterpretādo. Irritum siquidē fecerant mandatum dei pmum sine causa colentes eum docentes traditiones hominum. Dilatabāt philateria sua per superscriptionē ꝛ incantatiōes ꝛ diuinationes quibus semp fuerunt dediti. Et frequēter lauabāt manus ꝛ parapsides. Sed docuit christus q intus est esse mundandum ꝛ deum pura mente colendum. Iurando autem per creaturas ꝛ leuiter quia honorificentiam creatoris transferebāt ad creaturam vel non potātes se ligari peierebant. Ipse iesus redarguit dicens: Nolite iurare per celum neqz per terraz: nec per quodcūq aliud iuramētum: vt solum necessitas illō admittat non suauis voluptas. Tertium preceptum puertebant operibus maxime seruilibus peccatorum diebus festiuis insistendo ꝛ quod necessarium ꝛ spirituale erat prohibendo. At edocuit ipse: quia in sabbatis licet bñfacere ꝛ curare infirmos et necessaria vite procurare. Uñ

⁊ totum hominē sanum fecit in sabbato animā videlȝ ⁊ corpus Transgrediebantur populi et illud de veneratione parentuȝ edocti ab auaritia sacerdotum vt vota vouerent templo tēporalium rerum ⁊ redderēt etiaȝ si ex ipsoꝝ impletione parētes fame parirēt: qđ ipe declarauit magnum impietatis scelus existere ita crudeliter ꝓpinquos abijcere. Existimabant illđ mādatum impletum non occides si actu non interficerēt de mentis homicidio nullam sibi conscientiam facientes. Sed declarauit iesus ipse q etiā q irascit fratri suo reus erit iudicio dānationis eterne si sol rationis occidat sup iracundiam suā appetendo vindictam. Dabant libellum repudij quādo vxores displicebant. Qđ deus in lege fuisse ꝑmissum ostēdit propter eorum duritiam non ꝯcessum quia contra sextum p̄ceptum. Non mechaberis ait ⁊c̄. si qs dimiserit vxorē nisi propt̄ fornicationē nec tunc aliam in cōiugē ducē licet. In vsuris obstinatissimi fuerunt ⁊ sunt quas omnes messias iste aperte prohibuit dicens: Mutuum date nihil inde sperantes: nō solum nec paciscētes sed nec sperātes non aurum non argentuȝ non obsequium non demū qđ p̄cio existimari possit. Non mētiri ipse instruxit ne octauum violetur mandatum cum inquit. Sic sermo vester est: est nō nō. Ut sicut affirmatio est in corde alicuius materie dicende ita ⁊ in ore: ⁊ similiter i negatiua locutione. Perdet enim dn̄s oēs qui loquuntur mendacium ꝫm psalmistam. Et q̄ȝuis cogitationis penaȝ ꝫm leges humanas nemo mereat̄: moysaica lege autem manus puniebat̄ tēporaliter non animus: ꝓpter qđ laxatis habenis ad transgressionem noni ⁊ decimi mādati currebant p̄cipites. Immaculata lex dn̄i conuertēs animas ad ciuitatem supernam: omnē prohibet prauum affectū dicēs Qui viderit mulierē ad cōcupiscendum eam: iam mechatꝰ est eam in corde suo. Et alibi attendite vobis ab om̄i auaricia Omnia autem seruanda precepta idem psalmista docuerat dicens: Psalterio decē cordaꝝ psallite illi. Debent enim ipsa mandata ore ꝓnunciari de eis loquendo ⁊ alios docendo. Et ideo dic̄: Psallite quod fit ore. Debent omnes mente ea ruminare ⁊ non timore seruili nec aliqua intentione terrena seruare: sicut pharisei qui oīa opa

sua faciunt vt videantur ab ho
minibus sed pure propter deū
Propterea subdit: illi scilz deo
non hominibus. Debēt quoqz
integraliter non solum in pro
posito mentis vel in docendo
sicut scribe vestri qui dicunt ꝛ
non faciunt sed opere executio
ni mandare: ꝛ hoc est in psalte
rio decē cordarum. Psalteriuz
enim est instrumentum: quod
tactu manus pulsatur. Et ꝑma
tria pertinent ad deum: qnqz
sequentia ad proximi dilectio
nem: duo vltima ad dilectionē
sui. Et quia ipse christus legem
venerat non soluere sed adim/
plere non solum adimpleuit fa
ciendo que ipse facturus ꝑnun
ciauerat: ꝛ erroneas expositio
nes excludendo per verissimā
doctrinam: sz consilia addidit
que perficiunt charitatem. Et
de consilijs patientie taceo qui
bus dixit sinistraz maxillā offe
rendam: percutienti dextram:
ꝛ huiusmodi: que magis intelli
genda sunt monita quo ad ꝑpa
ratōez animi qꝫ quo ad op⁹ qꝺ
in apto fit: vt in secreto teneaꝛ
patiētia cū animi beniuolētia:
parat⁹ēt ꝛ alia maiora sufferre
patiēter. In publico aūt id fiat
qꝺ ꝓdesse credēdum ē quibus
bñ velle debemus. Insup ꝛ sini
stra tēporalium offerenda ē pa
rato ꝑcutere dextrā spiritualiū
cum preponenda sint semꝑ vt
potiora tēporalibus spiritualia
Uenio ad cōsilia quibus obser
uatis quasi remotis obstaculis
ad summum attingitur apicem
charitatis. Quis enim trāsito
ria sine affectu possidere visus
est? Hoc autē vt quodam visco
ita mentis ale implicantur: vt
ad alta volare non valeat. Qui
cum vxore est que mundi sunt
cogitat quomodo vxori place/
at: non deo: ꝛ diuisus est. Non
parum obnubilat animūvolun
tatis vaga libertas. Hec autem
triplex radix maloꝝ viium que
versantur in mundo concupi/
scentia carnis: ꝛ cōcupiscentia
oculoꝝ ꝛ supbia vite euellūtur
ꝑ adimpleta consilia. Nā pau/
pertas cupiditatem euertit seu
concupiscentiam oculoꝝ: casti
tas carnis cōcupiscentias edo
mat. Humilis obedientia sup/
biam proprie voluntatis. Per
hec siqdem omnib⁹ abrenūcia
tis temporali substantia: corpo
ris volūtate: ꝛ animi libertate
totū se qs dedicat. deo: diuinis
obsequijs mācipatus vt sanct⁹
idest deo dedit⁹ merito censea
tur: ꝛ cum fructu centuplicato
qꝺ bñ īsinuasse videꝛ psalmista
cū ait: In terra deserta. i. ꝯuer
satiōe pauꝑtatis ex q̄ cūcta de

ferunt tpalia. Jnuia abdicatōe ppriе volūtatis ex qua nō itur aliquo p opus ad placitu3 volū tatis sue s3 aliene. Jnaquosa ob seruatione castitatis ex q̄ terra corpis arida manet. Sic in scō apparui tibi. i. in statu sanctita tis ⁊ totalis dedicatōis diuine Et seqt̄ pmiū. Ut viderē v̄tute3 tuā. hic p ɔtēplationē ⁊ gloriā tuā: in futuro p premiationem Ad hec ɔsilia xp̄s hortabat̄ cū predicando dicebat: Siqs vult post me venire. s. vt verus disci pulus: abneget semetipsum: sue voluntati abrenūciādo: ⁊ tollat crucē suā castitatē seruando: q̄ sensitiuā cruciat: ⁊ sequat̄ me: q paup sum imitando. Qui non odit patrē ⁊ matrē: aliosq3 pro pinquos detestando. s. ⁊ odien do in eis non naturā s3 vitiū: q̄ ɔtrariant̄ virtuose ɔuersatiōi: adhuc aūt ⁊ aīam suā. i. ppria3 volūtatē: nō pōt meus eē disci pulus: dicebat ipse iesus. Si. n. voluntas ppria est: mala ē. Nā si bona foret a deo nō ppa esset Jpse enim opat̄ in nobis velle ⁊ pficere. Crucifigere v̄o carnē suā a ɔcupiscentijs ⁊ seipsu3 ca stigare ppter regnū celoꝝ: qa difficile est: nec vnicuiq3 dona tū: ideo nō pcipiendo sed psua dēdo inquiebat. Qui pōt cape capiat. Cuidā aūt iuueni ad p fectionē hanelanti ⁊ sup h̄ me dium inquirenti: r̄ndit. Si vis pfectus eē vende oīa q̄ habes ⁊ da paupib⁹ ⁊ sequē me. Nec enī credēdū est in pauptate eē pfectionē: s3 charitas ipa ē vin culū pfectionis. Pauptas autē est instrumentū disponens ad charitatis pfectione3. Et iō ad eā suos discipulos verbo ⁊ exē plo inuitabat ad culmen inten dens pfectionis adducere.

Amaon.

Antequā vltra pgrediaris qr materiā putilem ⁊ ne cessariā mādatoꝝ pstrin xisti: q̄dā exorta dubia circa de clarationē ipsoꝝ oro ponas in lucē. Dixisti. n. ɔ̄ pceptū decalo gi eē vsuras accipe: ⁊ vxore re pudiata aliā ducere. Satis mi ror de hac snīa cū nr̄i pncipes ⁊ scribe assererēt hec licita fo re: qr ī lege pmissa dūmodo fe minis non exerceat̄ cum circū cisione sed cum prepucio.

Peregrinus.

Quod ī lege fuerit vsura pmissa erga alieīgenas dupl'r pōt ītelligi. Aut de alienigenis finitimis pplo isrl': aut ēt qbuscūq3 alijs extra pplm iudeoꝝ. Igit̄ si intelligat̄ de his gentilib⁹ q habitabant

circa confinia iudee: q sibi vsur pauerant terras a dño eis con cessas: sic vera pmissione ⁊ licita fuit contra eis pmissum vsuras ab illis accipe: nó vt vsuras sz vt recuperationẽ iuris sui sicut ⁊ ipsis egrediẽtibꝰ de egypto pmisit etiam ac iussit exportare vasa aurea ⁊ argẽtea accomodata ab egyptijs i satisfactionem multiplicis dãni ⁊ offense eorum. Sed si intelligatur de alijs vniuersaliter vt interpretantur vestri rabbite ⁊ cõtinue operantur: sic fuit compatiua pmissio: ne videlicet crudeles fierent erga fratres generis sui auaritie pmaxime dediti. Uñ si lex non inferebat penam: nõ tamen diuinam vitabant vltionem. Nec ignorantia eos excusare valebat: cum pphete quoqz est legez exponere hoc illicitũ fore nõ silerent: nam psalmista cum dicat dño deo requiescet i mõte sancto tuo superne. s. pñie qui peccuniam suam nõ dedit ad vsuram: cum alijs que i illo psalmo cõtinenṫ impletis: Nõ ergo requiescet qui dat ad vsuram. Propheta etiaz ezechiel vel dñs potius per eum dicit: Qui ad vsuram nõ accomodauerit: nec amplius accepit ⁊c. hic iustus est vita viuet et non morietur. Libellum repudij ẽt ob duritiam cordis moyses pmisit dari ad vitandum maius malum. s. vxoricidij. Et q̃zuis ex sacra pagina hoc non reperiaṫ auctoritate argutuz vt malicia fenebris tñ exemplis cõtrarijs retunditur: dum nullus sanctorum hoc peregisse doceṫ. Porro ⁊ si varia circa predicta viri sapiẽtes nuncusqz fuerint opinati ãmodo ex doctrina ipsius messie luce clarius constat nil horum cuiqz licere.

Cleophas.

Venerãde dñe emanuel: cum de magistri nostri preclara doctrina tractares duplex animum meum pulsauit questio. Prima circa precepta. Quã quia mouit consocius meus ⁊ tua sapientia pmaxia optime soluit ita vt qeuerit intellectꝰ ideo eã reticeo. Alterã vo obsecro vt elucides circa consilia: exortam: ad que plurimũ hortabatur ipse mgr noster tanq̃z ad pfectionẽ inducentia. Et nos ex ore eius accepimus idem qd retulisti. Uidẽtur tñ prima fronte ipsa ꝯsilia obseruata: magis perfectionez subruere q̃z iuuare. Nam paupertas hominẽ periculo exponit corporis ⁊ spiritus. Quod intelligẽs sapientissimus salo/

mon dñm exorabat circa finez libri puerbiorum: paupertatē sibi non dari ne necessitate ductus furari cogeretur aut deierare. Et iesus syrach asserit propter inopiam non paucos perisse. Qui autē amat periculum: incidet in illud sm Salomonem & hec culpa non vacat. Si continentia virginalis aut vidualis seruetur a cūctis: vt perfectius dño famulentur: nōne finietur q̄ꝫcitius genus humanum: & q̄ꝫ plurimi de libro vite radentur Cum tñ pfectissimus ille abraā cum ceteris patrib⁹ coniugio vacantes deo grati & valde fuerūt ab eo dilecti & dñs iusserit: crescite & multiplicamini & replete terram. Quid de obediētia dicam cum notum sit: qz nemo inuitus benefacit: & si bonū est qđ facit. Qđ ex obedientia fit quadam obligatiōe necessaria duci videtur ad operandū cum tñ deo non placeant coacta seruitia. Et q̄ꝫuis existimem magistrum nostrum vt sapientissimū vera docuisse: his tamē obiectis respōsa dare nequirē nisi tu ipse edoceas.

Peregrinus.

Dubitare de singulis carissimi mi ei nō extat inutile qñ nō ex īfidelitate & pertinacia procedit: sed acumine ingenij & studio intuēde veritatis. Et tales sicut non deserit lux illa que illuminat oēm hominē venientem in hūc mūdum p̄cipue in necessarijs: ita nec homo despicere debet sed instruere. Firmam itaqꝫ tenete sententiam multū valere ad perfectionis augmētum seruata ꝯsilia. Nec p omnimodā terrenorum abdicationē voluntariam: quis se exponit periculo. Contingeret istud si inuit⁹ necessitate cogente: inopiam sustineret. Tunc enim vt eā exosam fugaret furtis periurijs: & alijs illicitis operam daret. At vbi sponte assumit: nō aliena appetit: qui propria contēpsit p maximis diuitijs mendicitatē ipsam amplectens. Et cum laudabiliter iactet cogitatum suum ī dño vt perfecti⁹ querat regnū dei & iusticiam eius: necessaria sibi adicere: diuinā prouidētiā merito sperare debebit. Continentiam q̄ꝫplurimū valere ad vacandū deo ratio dictat. Act⁹ enim venereus & si inter cōiuges culpa careat pp̄ter debitū finem: mentem tñ obnubilat et intelligentiam deprimit ne totaliter ferre possit in deū. Sollicitum quoqꝫ esse oportet coniugez quomodo alteri placeat

⁊ familie prouideat ⁊ diuisus ē. Cum autē paucissimi essent in orbe terrarum: vt multiplicaretur genus humanum a principio ⁊ īmediate post diluuiū cōiugium nō solum exhortatiōe: sed iussione tradi fuit necesse: adeo vt fratres germanis sororibus copularētur. Abraam āt cum posteris generis sui: quia alijs nationibus ad idolatriaꝫ declinantibus: vera religio in eius remansit domo: ⁊ debitus dei cultus. Oportuit tēpore illo vacare coniugijs vt p ꝑpagationē carnaleꝫ dei populus copiose augeret. Nunc aūt qr nuptie repleuerunt orbē terraꝝ ⁊ amodo non solus notus ī iudea deus: sed videbūt oēs fines terre salutare dei nr̄i: vt expeditius vacetur orōni ⁊ ꝯtēplationi ꝯsultius ē castrare seipsū propter regnū celoꝝ cum non sit digna ponderatio aīe continentis. Nemini tn̄ precipitur sed suadetur. Qui pōt cape capiat. Nec vnq̄ꝫ deerunt: q vacent coniugio. Obedientia vo ipsa est que cūctas ꝟtutes menti inserit: īsertasqꝫ custodit. Ipsa ꝓtegit: ipsa dirigit: ipsa ꝑducit si bene seruetur. Necessitas auteꝫ coactionis illa est: que īuoluntarium causat. Unde ⁊ p̄mium cū merito excludit. Talis vo non est necessitas obedientie: quia nullus cogit ad ꝑmittendum obedientiam: sꝫ voluntarius ad hoc quisqꝫ accedit. Et quia spōte se ꝓpter deū ad illam necessitatē posuit: tanto deo efficitur gratior quanto plus deo offert. videlꝫ voluntatem cum opere: quēadmodum ex duob9 seruis plus ille offert domino ⁊ ei acceptior fieri dꝫ: qui fructus alicuius pulcherrimi arboris sue largitur cum ea q̄ꝫ alter q precise fructuū ꝑ ensenia mittit arbore tamē sibi retenta. Et voluntate magis fixa in bonum operetur obediens ceteris paribus magis meret eo q sua spōte ideꝫ ꝑficit opus

Cleophas.

Quia inqsita omnia plenissime enucleasti: ⁊ aditione non indiget plenitudo: iam ꝓsequere ad votū de doctrina magistri nostri egregia siquid superest intimādū.

Peregrinus.

Nec dies nec mēsis sufficerēt si oēs ipsius ſmones vellēꝫ reuoluē: q̄ tn̄ oia deo opante mihi nota vt aī dixi. Sed q̄dā tn̄ sub cōpendio refero. Hoc tn̄ omittē nolo qd initiū fuit p̄mi sermonis ad di

scipulos in mõte ꝑlati. Apiens eni os suū dixit: Bti pauperes spiritu cū ceteris que sequūt. A btitudine ergo inchoās septez enumerat btitudines. Ubi attē dite sapiam eximiā docentis. Cū.n. omne agēs agat ꝓpter fi nē quē intendit: ⁊ finis vltim⁹ hoīs sit btitudo: imo apte a bti tudine exordiū sumpsit vt feli/ citate ostensa: quā vniuersi na/ turalr appetūt ad operandum virtuose efficacius mouerent. Oīs quippe mortalium cura: quā multipliciū studioꝝ labor exercet ⁊ si diuerso calle ꝓcedat ad vnū tñ btitudinis finē nitit ꝑuenire. Pauci tñ ad verā atti gunt: q̄ oīuz bonoꝝ statū ꝑfectū cōplectit: qz nec eā sciūt. Opi/ nati sūt quippe aliq̄ insipietes btitudinē in vita voluptuosa ⁊ sensitiua repiri. Aliȷ̈ in vita mo rali actiua. Aliȷ̈ in cōtēplatiua Hec aūt ita se hñt vt vita volup tuosa ⁊ sensitiua: vere sit btitu/ dinis ipeditiua de q̄ psalmista Btm̄ dixerūt pplm̄ cui.s. tpalia de qbus ꝑmiserat: sed false esti mationis locutionē Isa. decla/ rat dicēs: Populle me⁹ q beatū te dicūt ipsi te decipiūt. Actiua v̄o vita cū fide ad verā btitudi nē ē dispositiua. De hac ps. Bti imaculati i via q ābulāt in lege dñi ipsam seruando. Sz ɔtēpla tiua cū grā in via: est felicitatis inchoatiua: quā signare videt psalmista dicēs: Bti q scrutāt testimonia ei⁹. i. diuina eloqa q̄ de eo testimonia reddūt vel creaturaꝝ v̄tutes ⁊ ꝑfectōes q̄ diuinā magnificentiā attestāt: si tñ nō ex curiositate vel vani/ tate: sed pia veritate in toto cor de exqrūt eū. Sz in sūpna p̄ria ɔtēplatio est ꝑfectiua btitudīs ⁊ essentialiter ipsa btitudo. Et de ea ps. Bti q hitant ī domo tua dñe. s. glie in scl'a scl'oꝝ lau/ dabūt te: ex eo q ɔtēplant facie ad faciē maiestatē tuā. Igit q̄a sensualis ⁊ voluptuosa btitudo querit in diuitiȷ̈s ⁊ honoribus aut ī potētiȷ̈s ⁊ vindicatiōibus partim etiā ī carnalib⁹ delecta tionib⁹ q̄ oīa q̄zplurimū īpedi/ mentū ꝑstāt ad btitudinē cape scēdā: qz ad crimina inumera deducūt: iō in p̄mis trib⁹ btitu dinib⁹ exꝑssit act⁹ ɔ̄trios in illis Nā ɔ̄ cupidos ⁊ ambitiosos q suā felicitatē ī diuinis appetūt ⁊ humanis fauorib⁹ inqt: Bti scȝ spe paupes spū. i. volūtate ⁊ affectu: ⁊ paupes etiā spū. i. ven to ambitōis ⁊ inanis glie. Pau peres aūt dixit signāter nō va/ cuos: qz nulla ē tā excelsa v̄tus q̄ aliqñ dulcedine glie ñ tāgat. Istoꝝ.n. demū est regnū celoꝝ vbi glia ⁊ diuitie indeficientes

quia transitoria contēpserunt. Et ad hoc valet illud psalmi aptari. Beatus vir qui timet dn̄m. Qui enim dn̄m timet ei subijcitur: gloriam suam querit non propriam: in mandatis cupit contennens terrena. Contra regimina et vindictas affectantes in quibus felicitari arbitrantur ait: Beati mites qui .s. mansuetudinem sectantes querunt subijci non potentari aduersa et illata opprobria equanimiter portāt non vlciscuntur: et terram viuentium possidebūt securi sine vlla perturbatione vel timore: qualia patiūtur diuina terrena habentes semper suspecti: cui alludit qd dicit ps. Beata gens cuius dn̄s deus eius populus quē elegit in hereditatē sibi. Mansueti enim hereditabunt terrā precipue viuentium. Qui vero finem in voluptatibus cōstituūt sicut equus et mulus quibus non est intellectus contra eos inuehit dicens: Beati qui lugēt: nō qui sequuntur gaudia mundi q̄ dolore miscentur: et eorum extrema luctum occupant nunc et in sempiternum: sed qui contristātur pro suis et alienis delictis et in colatu presentis exilij: ac patrie dilatione. Consolabuntur hi non momentanee sicut in hoc seculo neqz prodigijs et tristicijs ingruentibus sed leticia sempiterna: fugietqz dolor et gemitus: qd insinuasse videtur psalmista: Beatus qui tenebit inquit et allidet paruulos suos ad petram idest non solum actus exteriores: sed etiam paruulas et leues cogitatiōes lubricas retinebit ne vltra progrediantur ad aliquā delectationem: ad petram dure penitentie confringēdo. Submota exinde vita sensuali tanqz brutali: signatur vita quedam a sapientibus que actiua nuncupatur. Hac quis bene et virtuose se habet in humana ciuilitate: cuius pars vna est non ledere proximū: in quoqz scilicet reddere vnicuiqz qd suum est. Altera subleuare eum in suis necessitatibus. Unde quartā posuit beatitudinem dicens: Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam idest valde cupiūt: et in arduis et in paruis eum exercere: quia desiderium vehemens ad opus trahit. Saturabuntur isti nec aliquid deficiet propter iusticiam exhibitam: cui sententie cōcordat ps dicens: Beati qui custodiunt iudicium et faciunt iusticiam omni tempore. Nec enim bene potest iusticia exerceri nisi precedat iudicium discutiēs diligenter seriem rei. pro alia parte iusticie: quantam exprimit

videlicet. Beati misericordes qm̄ ipsi misericordiam conse/quentur. Non vtiq3 subÿcient miserÿs quarū timore pleriq3 se subtrahunt a miserationib9 ne eis deficiat cum pauperib9 largiuntur: sed consequent mi: sericordiam liberantē ab om̄i i miseria. Nec hanc psalmista reticuit. Beatus inquiens qui intelligit super egenum: quo ad spiritualia ⁊ pauperem quo ad tēporalia. In die mala .s. extre/mi iudicÿ liberabit eu3 dn̄s ab illa seua sentētia. Ite maledicti in ignem eternum ⁊c. Demum contemplatio veritatis in qua quidam posuerunt vltimā felicitatem cōsistere si sit perfecta ⁊ prime veritatis .s. dn̄i dei hec est essentialiter beatitudo ⁊ p/fectiue: sed in hac vita nō possi detur nisi impfecto modo. Co/gnoscimus eni3 de deo tm̄ nisi quia est: sed non quid est. Po/suit igit magister noster iesus duas vltimas beatitudines ad contemplatiuā pertinētes: nō quidem pertinentes ad actus ipsius cōtemplatiue: sed dispo/nentes efficaciter ad ea3. Que autem posuit pro premio earū: illa sunt opera contemplatiōis Unde i sexto loco dixit: Beati mundo corde. Munditia qdē cordis maxime ē necessaria ad contemplationis actum: quia ī maliuolam animā non itroibit sapiētia: qd̄ tm̄ exercitiū actiue vite est. Isti autē dn̄m videbūt ex quo oculos sinistrum intel/lectus ⁊ dextrum affectus hn̄t mūdos. Dicat ⁊ psalmista: Beatus cui nō imputabit domin9 peccatum: nec est in spiritu ei9 dolus. Quia enim spirit9 ⁊ cor mundum est ⁊ sine dolo: ideo si quid defectuosu3 sit ab extra nō imputabitur ei. Ultimam hāc esse voluit. Beati pacifici qui sc3 habent cor sedatum a passionibus: paccatum a ptur bationibus proximoꝝ: qm̄ filÿ dei vo/cabunt intuētes regē in decore suo ⁊ euellata facie glia3 dei cōtemplātes equales angelis: q filÿ dei vocātur. Psalmista vō Beatus vir cuius est auxilium abs te ascensiones in corde suo disponit. Nec eni3 sine speciali dei auxilio ⁊ gratia dei esse pōt vt ascendat quis per ꝯtempla/tionem ad statum filiorum dei Qd̄ postmodum addidit ipse iesus. Beati qui persecutione3 patiunt: propter iusticia3 pōti9 hoc qd̄ additum est quedā manifestatio precedentium beatitudinum q̄3 alia de per se beatitudo. Et hoc enim manifestat: si quis est vere pauper spiritu mitis: lugens ⁊ iust9 cū ceteris

si persecutionem passus propter iusticiam non deficit ab ea. Sunt autem ipse beatitudines scilicet paupertas: mititas: luctus: et huiusmodi: quidam actus virtuosi procedentes a donis septem spiritus almi. Et licet virtutes morales inducant homines ad similes actus virtuosos: vt patet de iusticia: mīa tēpantia ꝛ alijs tamen pfectiori modo ipsa dona spiritus ad illa opera inducunt. Ut verbi gratia: Fortitudinis virtus facit hominem eē patientem in aduersis: sed fortitudinis donum etiam libent ꝛ appetenter facit aduersa pati propter christum. Sed ꝛ istam triplicem beatitudinem simul videtur ps. fuisse complexus in principio sui libri psalmorum dicens: Beat9 vir qui nō abijt in consilio impiorum ꝛ in via peccatorum non stetit: ꝛ in cathedra pestilentie non sedit: ꝫ in lege domini voluntas eius ꝛ in lege eius meditabitur die ac nocte. Nā a vere beata spe ꝛ tādē re psalmistia excludit vitam brutalem que consistit in concupiscentijs sequendis: dū dicit: Beatus vir qui abijt ꝛc. vbi notaꝛ triplex gradus peccati. s. in corde ꝛ ibi est consiliū impiorum: in opere ꝛ illa ē via peccatorum: in consuetudine ꝛ illa est cathedra pestilentie ex qua sicut ex cathedra docetur malum: ꝛ vt pestis alios inficit Secundo notauit vitam actiuā ibi: In lege domini voluntas eius scilicet erit ad eam seruandam: que vitia prohibet passiones cohercet: subuenitur necessitatibus aliorūꝫ docet: nullūqꝫ ledere: sed vnicuiqꝫ qd̄ debitū est tribuere. Contemplatiuam signauit quando subdidit: In lege eius meditabitur die ac nocte. Permaxime enim meditatio ad contemplationē pertinet. Et cum potissima contēplatio sit circa primam veritatem scilicet deum eiusqꝫ perfectiones: ꝛ in lege domini: que sacra pagina est: maxime ista habeantur plusq̄ꝫ ī quibuscūqꝫ doctrinis: imo in lege domini meditatur contemplatiu9 die ac nocte: que quidem contemplatio non inflat: vt ethicorūꝫ methaphysicorum sed edificat ad regna celorum. Predixit q̄ꝫ Isa. hanc suauem doctrinam ꝑ messiam christum propinandā dicēs: Uenite ascendamus ad montem domini: idest christūꝫ qui est mons omnis perfectionis. Hic in monte docuit thabor sermonem primū: ꝛ ī monte syon sermonem vltimum. Et

ad domum dei iacob que est ec clesia: que quasi tunc erat in di/scipulis. Et docebit nos vias su as mādatorum recte in ipo ser mone expositorum. Et ambula bimus in semitis eius: idest ab eo edoctis. Semita que est ar/tior quasi strata que dicitur via signat consilia ꝛ ipsas beatitu/dines que de perfectioribus ac tibus sunt per christum in eo/dem monte explicata: quia de syon exibit lex scilicet euāgeli ca per vniuersum mundum di uulganda. Sed attendite dile/ctissimi quia volens Isa. nota/re perfectionem ipsius messie ꝛ doctrine eius: et quomodo sit a gentilibus auide suscipien da: sic imediate ante dicta ver/ba inquit: Erit i nouissimis die bus preparatus mons domus domini in vertice montium et eleuabitur super colles ꝛ fluēt ad eum omnes gentes ꝛ ibunt populi multi dicentes: Uenite ascendamus ad monteꝫ domi/ni cum his que predicta sunt ꝛ breuiter exposita. Ubi debetis scire ꝙ dies nouissimꝰ dicitur dupliciter: vno modo simplici ter ꝛ absolute: idest vltimus vel circa finem: vltra quem non est alius dies seu tempus. Et sic in telligitur illud Job in nouissi/mo die de terra surrecturus sū.

Alio modo dicitur nouissimus dies respectiue: idest per respe ctum ad aliquē statum vel tem pus: Et sic dixit Jacob patriar/cha filijs suis benedicens. Au/dite que vētura sunt vobis no/uissimis diebus: idest tempori bus messie. Isto modo sumitur hic in Isaie auctoritate. Dicun tur autem dies messie nouissi/mi per respectum ad alium sta tum qui non succedit. Statui quidem legis moysaice: succe/dit status legis euangelice da/te per messiam. Huic autem nō succedit alius status in via: sed status glorie obseruantibus cā Mons domus domini: est ipe messias super quo domus do/mini: idest ecclesia fundata est. Hic erit sicut in re ita in mani/festatione per orbem eleuatus super omnes colles ꝛ in verti/ce montium: idest excedēs vir tute omnes iustos homines: ꝛ in vertice montium scilicet su/perans sine comparatione om nem perfectionem propheta/rum et patriarcharum et flu/ent ad eum omnes gentens cō uertende per fidem ꝛ deuoti/onem doctrine eius curren/tes: idest de omni genere gen tilium. Quidam autem de ve stris non sapientibus sed insi/pientibꝰ dicēt hoc implēdū in

aduētu messie ꝯm corticem lit/
tere: videlȝ ꝙ tres mōtes altissi
mi. s. thabor ⁊ mons carmeli ⁊
mons synai debent vniri ⁊ sup
ipsos deponi mons syon: q di/
citur mons domus dñi: q̄a ibi
edificatum est templum quod
dicitur domus dñi: ⁊ ibi docen
te messia fluent ad eum gētes
⁊ ibunt populi. Sȝ quid absur/
dius dici potest? Certe si subiu
gale balaam arioli resurgeret
cum loquela sibi ad horam cō/
cessa argueret vexaniam horū
Quod tāq̄ȝ erroneū alius rab/
bi vitans dicet intelligendum
de eleuatione spirituali nō ma
teriali: tēpore messie videlȝ ꝙ
quia messias in monte syon do
cturus est ⁊ facturus multa mi
racula valde magis q̄ȝ sint fcā
aliqua mira ī monte synai: tha
bor ⁊ carmeli. Ideo dicit mōs
syon qui est mons domus dñi:
eleuari super illos seu vertice
illorum. In monte q̄dem synai
facta sunt mirabilia: quia ibi da
ta a dño lex moysaica: ⁊ apparu
it mons fumans ⁊ ardens. In
monte thabor transfiguratio ⁊
alia etiam mira. In monte car
meli helyas fecit ignem descē
dere de celo ad consumandum
holocaustū. Sed in mōte syon
vbi erat templum: christus de/
dit legem euangelicam que po
tior est moysaica. Ibi frequēter
predicauit: ibi miracula multa
fecit de quibus adhuc erit dicē
dum. Ibi sacramentū sui corpo
ris instituit ⁊ q̄ȝplura alia. Et
discurrentibus discipulis suis
per orbem fluent ad eum oēs
gentes p fidem. Iste verum di
cet: sed vt balaam obturatū ocu
lum habebit: vt neget hūc xp̄m
quē videre potuistis oīa hec
fecisse in monte syon esse mes/
siam aliumqȝ expectet cum sue
salutis interitu. Expectatus igit
dei filius a patribus iam venit
Ueniens mira docuit docens
praua tollerauit: vt impleretur
illud Isa. In tribulatione mur
muris doctrina tua eis. Nō. n.
parua tribulatio cē poterat ipi
christo: cum murmur multus
erat de eo in populo dicentibus
quibusdam. Nequaq̄ȝ bonus ē
sed seducit turbas aliis asseren
tibus. Non est hic homo a deo
qui sabbatum non custodit ce/
teris conclamantibus. Demo/
nium habet: potator vini: ami
cus publicanorum ⁊ peccatorum.
Sic tū oportebat xp̄m pati ī do
cendo vt scriptura impleretur
⁊ figura omnium pene prophe
tarum: qui populum docentes
multa ⁊ imania ꝑpessi sunt ab
eis: ⁊ vt ostenderetur veritas
ipsius doctrine ⁊ docentis eā:

quia veritas inualescit ⁊ omnia vincit ⁊ obtinet in secula seculorum. Doctrina quoq; viri per patientiam cognoscitur: inquit solamon. Insuper vt doctoribus in posterum detur exemplum veritatem doctrine cum expedit propter timorē aduersorum nullo modo deserendaʒ nec mirentur si persecutionem patiuntur propter veritateʒ ⁊ iusticiam: ⁊ deridetur iusti simplicitas quasi lampas cōtēpta cum ipsum datum doctorem iusticie mundo ſm prophetā pn̄cipes persequuti fuerint gratis ⁊ beelzebub nuncupauerit.

Cleophas.

namēti addidit ordini vro tm
religioni vre q tū pene extincta
erat incremēti adiecit: tātū de/
niqꝫ tū alijs hoib⁹: tū vl maxie
ordini vro sua doctrina suoqꝫ
exēplo ꝓfuit: vt nūqꝫ possit ei⁹
memoria a quocūqꝫ vestrū sa/
tis pro dignitate celebrari. Ha
buistis eni in ordine ex q ꝓdit⁹
est sanctissimoꝝ virorum ma/
ximaz copiam: habuistis pon/
tifices plurimos etiā romanos
habuistis doctores egregios q
multa scripsere ad communez
hominum vtilitatem. Sed sin
guli pene singulis virtutibus
ornati. In hoc vno viro certe

sanctitas immensa: pontificatus excellentia: celibatus siue vt ita dixerim virginitatis gloria: doctrina singularis et nris temporib9 accomodata peculiari quodã ac diuino puilegio cõuenerũt. Nihil sane huic viro nisi martyrij palma: quã tamẽ ex tolerantia multoꝝ laboꝝ ac corporis passionũ merito sibi vendicare põt defuisse videtur Sed qd ad hec explicanda me extendo: cum iam ipsius vitam oẽs audituri simus? In qua nõ omnia que dici de eo poterant neqꝫ ea qua decebat tantã rem narratione cõscripsi: sed breui ne molestus fierẽ eaqꝫ inepta sat scio: oratione eius gesta cõplexus sum. Unum te id pater optime et fratres tuos rogatos volo: vt hoc breue opusculũ pmum vos legere non pigeat: deinde alijs simul fratrib9 vr̃is qui per ceteras italie ciuitates constituti sunt cognoscendum: postremo vo i vestra bibliotheca conseruãdũ custodiendũqꝫ recondatis: vt tanti viri exempla posteris quoqꝫ sint icitamẽta virtutuꝫ. Siquid vo minus apte minusqꝫ pro dignitate rei scriptum est in hoc veniã mihi dari postulo qui nũqꝫ hacten9 ad scribẽdum accessi: idqꝫ partim ex meaꝝ reꝝ ac totius vite perturbatione: partim ex instituto fortasse non improbando faciundũ putaui. Sin aũt qcqꝫ in tãtaꝝ virtutũ laudẽ cuippiã vestrum gratum iocũdũqꝫ scripsi: id mihi ad orationes suffragiaqꝫ sanctoꝝ fratrũqꝫ ĩpetranda patrocinari postulo. Uale.

Explicit epistola.

¶ Prologus in vitã beati Antonij de Florentia ordinis predicatorũ archiepiscopi florenni incipit.

NOnnullis reb9 sepe numero annexa est quedã vt ita dixerim vis officij atqꝫ honesti necessitas vt ad certas res peragendas nõ manu violenta cõpulsi sed ipsa virtutis decoriqꝫ necessitudine ita protrahamur: vt a nobis omitti sine nephario scelere nõ possint. Huiusmodi est siquis parẽtem etate confectum ac pauperem suis opibus cum id possit enutrire contẽnat. Siqs item filiam iam nubilem potius domi impudicam retinere qꝫ honesto viro nuptui tradere pertinaciter contendat. Aliaqꝫ huiusmodi tam multa sunt: vt vix narratione longissima comprehendi possint. Hac ego decori honestiqꝫ necessitate adduct9 vitam sanctissimi viri Antonij florẽtini presulis qui bocãno

ex hac vita migrauit: lris me morieqꝫ mandare constitui. Quãq̃ eniꝫ plures sint alij docti viri in nostra ciuitate qbus ⁊ doctrina ⁊ igenio facile cedã qui rem hanc possent sentẽtijs ⁊ amplitudine oratõis illustrare: tñ quia apud viꝝ ipsum fui ⁊ domi eius vltra octauũ annũ gestaqꝫ eius singula aut bonaꝫ partem proprijs oculis vidi auribusqꝫ hausi: ad me poti⁹ hoc onus officij q̃ꝫ ad quẽuis aliuꝫ merito deferri ac pertinere sũ arbitratus. Est enim res digna memoratu tum alijs decausis: tum vel maxime vt qualem nostra etas produxerit viꝝ intelligam⁹. Incredibileqꝫ est vt his nostris temporibus qbus oĩs benevinendi ac religionis norma labefactata ac pene destituta est: tot tãqꝫ excellẽtes ṽtutes in vno homine cõuenire potuisse. In eo nãqꝫ oĩs religionis norma oĩs pietas diuini cult⁹: oĩs sacraꝝ scripturaruꝫ certissima doctrina: oĩs deniqꝫ sanctissime vite lucidissimũ exemplar situm erat. Hinc oẽs religiosi viri siue monachi siue presbyteri fuerint siue etiam episcopi poterunt optimam vite sue morumqꝫ disciplinam ac pie viuẽdi certam regulã adipisci. Hic enim vir nõ tam postq̃ꝫ e vita migrauit veꝝ etiaꝫ ⁊ antea dũ viueret ab oĩb⁹ italie populis omniqꝫ romana curia de prelatis loquor summisqꝫ põtificib⁹ sanct⁹ appellabatur. De h̃ igit viro ea que ipse vidi et que ab alijs verissimis testimonijs accepi breuiter atqꝫ concise dilucideqꝫ narrabo: alijs qui maiori diccendi vi maioriqꝫ eloquẽtie: artificio prestant' exornationem tãtaꝝ laudum amplitudinemqꝫ relinquam.

Explicit prologus.

Incipit vita bti Antonij archiepiscopi florentini ordinis predicatorum.



Ntonius florentina vrbe ori/undus honestissimis parẽtibus patre Ni/colao: ma/tre thomasia natus est. Is multa solertia plus memoria valuit: ingenio grauis mitisqꝫ admodũ ac taciturnus. Statura corporis non magnus: ossibus ac neruis magis q̃ꝫ carne suffultus. In ipsa puericia religionis studiosus eccliam ⁊ auditionẽ diuini verbi frequentabat: cepitqꝫ iam tũ oratiõi assidue cõtẽplatiõiqꝫ

vacare. Fertur q̧ adhuc puer ad figuram crucifixi que in ec/clesia sancti michaelis in horto: sic enim appellatur: sita est longo tpe singulis dieb⁹ accedere cō suevisse: ibi q̧ supplex ac geni/bus flexis diutius orare: adeo vt plurimi id cernentes admi rarent tantā eē in puero tole/rantiā ī orādo: ⁊ in pseuerādo ꝯstantiā. Cū vͦ letanie ac pces/siōes publice fierēt frēs p̄dica/tores qb⁹ iam tū afficiebat mul ta cū gravitate ac modestia seq̄ bat. Nūq̄z in ludo lrāꝝ in quo supra coetaneos suos miꝝ ī mo dū pficiebat qcq̄z puerile a so ciȷ̈s qui adhuc supstites sunt in nr̄a civitate fecisse memoratur Erat enī iam tum in eius mori bus sermone q̧ ac gestu corpis prematura senectus gravitas q̧ īmensa. Cū aūt ad pubertatis ānos pvenisset aīuz ad religio sam vitā capescendā cōvertit: motus vt sepius nobis narra/bat predicationib⁹ pstātissimi viri frīs ioannis dn̄ici: qui ex ordine predicatoꝝ postea eius virtutib⁹ ita postulātib⁹ sancte romane ecclesie cardinalis ef/fectus est. Cuius viri singula/res virtutes atq̧ doctrinā in p misq̧ solertiā ⁊ acumē ingeniȷ̈ summis in celū laudib⁹ extolle bat antonius. Erat enī ī eo ma gna divinaꝝ scripturaꝝ cogni tio in interpretando solertia: ī proloquendo facūdia: in rebus agendis experientia: ⁊ in cōsu lendo prudētia singularis. Ad hūc cū suscipiendi habit⁹ cā ac cessisset antonius: ille enī tunc fesulis ecclia z beati dn̄ici ac eū cōventū q nunc extat a funda/mentis condebat: visus est hōi prudentissimo puer acutus q dem ingenio ac bone indolis: sed etate tenellus. Jubet illum adhuc aliquot ānos expectare donec ad pferendā religionis austeritatē sufficiat. Et qm̄ iter rogatus ab eo cui nam scientie aut facultati opam daret respō dit se decreti lectione plurimū delectari: vade inqt cū totum decretū memorie mādaveris: tunc in ordinē admittere. Nō ausim affirmare qd̄ loquar: nā ipse antonius nunq̄z de se talia nobis narrasset sed in signum singularis memorie vulgo hec de illo fama ferebat. Dicit enī z adolescēs tūc ab hoīe discessis/se: transacto q̧ āno ad eūdē z ita decreto familiarē effectum re diȷ̈sse: vt in quacūq̧ ei⁹ libri pte illū īterrogasset miꝝ immodū hōi satisfaceret. Tū vͦ nō iā re pulsus sed avidissime suscept⁹ sextodecimo etatis āno assum/pto btī dn̄ici ac p̄dicatoꝝ hītu

nouū induit hoīez q̄ ꝑm deum creat⁹ ē. Narrauit nob̄ postea sanct⁹ ꝑsul mihi scʒ marcoqʒ ꝑ sbytero cui sūma dilectōe eo q̄ bonus ac fidelis magnoqʒ sibi vsui eēt afficiebaẜ: i cui⁹ ēt mor te defecit inq̄t baculus senectu tis mee: se anteq̄ʒ ad religionē accederet voluisse de v̄tute sua periculū facē. Cūq̄ʒ ab esu car niū abstineret: vt id parētes la teret: fingebat se sūptas ð mēsa carnes ꝯsumē: q̄s postea clam sub discū ꝓijciebat. In ea v̄o re ligione q̄ʒ mitis i frēs caruſq̄ʒ oīb⁹ q̄ʒ dicto maioꝝ obediens q̄ʒ orōni lectōiq̄ʒ assiduus q̄ʒ de niq̄ʒ eaꝝ obseruationū q̄s ꝯsti tutōes appellāt obseruātissim⁹ fuerit: nō longa ēt narratiōe ex plicari posse ꝯfidā. Multa rese canda censeo: ne orōnis longi tudine legētib⁹ molestiā afferā Cognita igiẜ hoīs v̄tute: statim a p̄rib⁹ ordīs ad gubernatiōez alioꝝ fratrū assumpt⁹ ē: m̄ltisq̄ʒ in locis italie p̄or effect⁹ rome: neapoli: caiete: cortonij: senis: florētie: fesulis: postremo ēt ge neralis hui⁹tusce ꝓuincie vica rius ac neapolitane fact⁹ ē. In q̄ munē m̄ltos italie ꝯuent⁹ ad v̄e religiōis atqʒ obseruātie re gulā reformauit: m̄ltosq̄ʒ ānos magna cū diligētia ac seuerita te ꝓuinciā gubernauit: circūeū do ciuitates pedes sepenūero icedēs: postremo v̄o etate atqʒ corpis infirmitate ꝯfect⁹ asellū imitat⁹ ꝑsonam saluatoris ꝓ iu mēto hēbat. Ubi v̄o asellus aut itineris lōgitudine aut viaruʒ hyemisue aſpitate nō sufficeret maiori robustioriq̄ʒ iumēto vte batur. Tot v̄o tāq̄ʒ graues mor bos i eo ordine ꝑpessus ē: vt se pi⁹ ad mortis p̄iculū accessisse videreẜ. Hermā q̄ʒ igentē ma gna cū molestia ꝑtulit q̄ʒ plures ānos: q̄ ēt postremo maximam morti ei⁹ occasionē ꝑbuit. Nar rabat ip̄e p̄r nōnūq̄ʒ q̄ʒ multas variasq̄ʒ egritudines ꝑpessus eēt: q̄t febriū gn̄a: q̄rtanāq̄ʒ in ꝑ mis lōgissimā i ptisim ēt flecti ab oīb⁹ i ipsa iuuētute putabaẜ Sʒ ex his oīb⁹ aiebat liberauit me dn̄s: q̄ppe q̄ ad maiora ꝑua baẜ. Trāseo q̄ʒ fuerit charitatis amator: ⁊ fraterne salutis ʒela tor ardētissim⁹ recēsere: n̄ solū suorum fratrum veꝝ ēt reliq̄ꝝ oīuʒ. Omitto dicē quanto vsui hoīuʒ ei⁹ admonitiōes: ꝯfessio nes: ꝑdicatōesq̄ʒ fuerint: ad pre claꝝ eni ei⁹ facin⁹ qualē se. s. in sua ad pōtificatū assūptōe oñde rit festinat orō. Cum. n. vacāte florētina eccl'ia post mortē bar tholomei de ʒabarellis archi epi eugenius quart⁹ inde mor tui locū suffectur⁹ eēt q̄ʒ plures

partim de nostris ciuibus: partim de his qui erãt apud eugenium qui oẽs maximis opibus maximisqȝ fauoribus gliabantur ad eam dignitatẽ cõsequendam maxima ambitõe ferebãt Diuqȝ vexatus romanus pontifex pulsatusqȝ vndiqȝ precibus ac multaꝝ peccuniaꝝ pollicitatione vt fertur in ambiguo fuit ad quẽnam tale mun⁹ merito deferri posse videret. Postulabant florẽtini viꝝ grauem sciẽtia: virtutibusqȝ ornatum in p̄misqȝ ciuem suum. Ad quẽ iret nõ facile reperiebat. Ita nouẽ mensib⁹ ambiguus suspensusqȝ animo romanus pontifex p̄seuerat. Cui tandeȝ subijcientib⁹ viris religiosis p̄sonã Antonij cum iam antea virtutem hoĩs cognouisset statim eoꝝ consilijs acquienit ⁊ nos multo post in consistorio publico fratrem Antoniũ admirantibus cũctis ac stupefactis in exaltatõe incogniti viri archiepiscopũ florẽtinum pronunciauit: vt in illo id verissime prophete dictum ↄueniret: Nõ est inuentus silis illi qui conseruaret legẽ excelsi. Erat tum forte Antonius in peregrinatione: ⁊ neapolim visitandorum cenobioꝝ grã p̄gebat. Cũqȝ in ipso itinere ad eũ hec esset fama perlata: cepit vir sanct⁹ statim de fuga cogitare. A consueta via diuertere p̄posuit: ad mare tuscuȝ iter dirigẽ in saridiniam properabat: quo ibi vt postea intelleximus incognitus latere posset. Hec enim postea accepi a nepote eius petro: qui hoĩem studiose queritans talia moliẽtem inuenerat Cũqȝ nepoti id nũcianti conãtiqȝ eum ad patriam reuocare ille se talem dignitatem vnq̃ȝ subituruȝ negaret velletqȝ a se nepotẽ dimittere: ille v̄o nusq̃ȝ ab eo se discessurum assereret: necessitate coactus senas a nepote suoqȝ comite conuerso ordinis deductus cepit q̄d fuga nõ poterat voluntate firmoqȝ p̄posito huic de se facte electõi ↄtraire. Asserebat se tanto oneri minus aptum minusqȝ idoneum esse. Sed statim ad eum apostolice littere perferuntur Significat ei voluntas pontificis: mandatũqȝ vt q̃ȝ primũ fesulas ad cõuentum sancti dñici se conferat. His enim locus nõ longe a menib⁹ florentie vrbis situs est. Cũqȝ illuc vir sanctus apostolico dicto parens deuenisset: cepit pro hac euitãda dignitate sollicitus esse. Ciues q ad eũ frequentes visitandi pastoris sui congratulandiqȝ grã veniebant: vt se tali onere libe

rum esse paterent orabat. Scribebat eugenio litteras aliasq; itidem ciuiũ imprimisq; cosmi medicis qui tum ĩ nr̃a ciuitate auctoritate atq; opib⁹ ceteros anteibat: ad eundem summum põtificem de hoc suo firmo ob nixoq; proposito conscribi litteras summis precibus ĩpetrauit. Sic omni qua poterat arte huiusmodi aufugere dignitatẽ nitebat̃. At romanus pontifex cum sciret se optimã de eo electionẽ fecisse: cũq; nullis ꝑsuasoriis litteris quas plures ad antonium dederat videret hominẽ a suo ꝓposito flecti posse tandem per litteras nõnullorũ prelatoꝝ imprimisq; grauissime maximeq; auctoritatis viri dñici cardinalis firmani hanc suam oĩno voluntatem irreuocabilemq; sententiã eẽ declarari fecit. Missisq; ad euz oĩbus super pontificatu capiendo litteris apostolicis: qcq̃d sibi pro illis offerri exoluiq; ꝯsueuit nõ modicã ꝑfecto peccuniã libere ꝯdonauit. Tum demũ antoni⁹ nullum iam cernens sibi subterfugium relictum: cũ hanc sũmi pontificis videret obnixam firmãq; sententiam: hoc omniuz suoꝝ ciuium desiderium: veritus ne voluntati dei ꝯtrairet q̃ in his signis tam mãifestis apparere videbat̃: decreuit ad se non nullos venerabiles sacerdotes abbatesq; ac prelatos fere oẽs ciuitatis cõuocare: inter quos etiam nõ nulli grauissimi ciuium affuerunt. Qui cum ad eum fesulas in vnũ cõuenissent declarata primũ summi pontificis voluntate cũ singuli super ea re ab eo sententiã dicere, requisiti ad id oneris suscipiẽdũ hortarẽt̃: tum demũ omnes vt simul cuz eo preces deo oratione mq; facerent exorauit. Qua peracta deum hoĩesq; testatus id contra voluntatẽ suam fieri prostratus in terrã totus impositum a sede apostolica onus suscepit. Uideres tũ lachrymas ĩ maxillis oĩum singultusq; frequentes ac gemitus cũ pre dulcedine tãti facinoris virtutisq; suauitate omnes cõmoti essent In hoc imitatus est vir sanctissimus antiquos nr̃e fidei pr̃es. Nõne ambrosium: nicolaum: martinũ aliosq; maiores nr̃os in quibus erat sanctitas ĩmẽsa hoc itidem fecisse memorie ꝓditum est? A q̃bus hic nr̃ pontifex cum in ceteris mihi non impar illis fuisse videat̃ vite .s. sanctimonia: doctrina: ⁊ exemplis: in huius etiam dignitatis contẽptu q̃z illoꝝ virtuti haud dispar fuerit facile demonstra

uit. Ingressum vo ciuitatis nō in equo vt mos esse ferebat sed pedes non pretermissa tamen solēni pcessione reliquoqz apparatu qui ad religionē ptinebat: faciundū instituit. Cūqz primo diluculo missam celebrasse extra ciuitatē in ecclia scti galli tū magna cum solēnitate atqz oīuz expectatōe ciuitatē igressus pmū eccliam scti petri maioris: mox inde nudis pedibus vt mos est eccliam cathedralē accessit. Postremo obseruatis ꝯsuetis cerimonijs satis fatigatus ateqz cibū sumeret se domū recepit. Ibi plures plati cū nō nullis ciuibus q archiepatus custodes appellant pro dignitate accepit. Hic iam maiori ingenio maioriqz qz in me sit facundia opus eēt ad id scz explicandum quāta cum sapientia: quo studio: qua vigilantia: q iusticia qua mansuetudine: qua deniqz oīuz hoīuz admiratōe tresdeci annis pontificatū gesserit. Primū oīuz domi familiam modestissimā habere voluit eāqz nō magnā: sed vix officijs necessarijs satisfaceret: oēmqz pompā oēmqz luxum a victu vestituqz suo ac suoꝝ elimināns. Nullam habuit supellectilem nullum apparatum nō aurea non vasa argentea: non canes: nō equos vt pleriqz prelatoꝝ faciūt. Unū tm̄ paruulū mulum qui etiam dono ei datus fuerat domi pro extrema necessitate retinebat. Aiebat nō decere prelatū bona paupeꝝ in nutriendas bestias aut in quēuis alium supfluum luxum consumere. Duobus pmo vicarijs qui ius dicerent: dein de cū duo cōtrouersiā sibi inuicem afferre viderent: vno tm̄ vtebat. Eligebatqz viꝝ quē probum peritūqz potissimuz arbitrabatur: cui pro labore annuo centum aureos mercedis noīe d suis bonis dari iubebat. Procuratori .xxx. alijsqz domesticis ministris de quo cōuenerant pmio satisfieri integerrime curabat. Nemo fuit apud illū q non sibi satis superqz factū esse corā omnibus profiteretur. Procuratori soli omniū colligendorū fructuum prouentuumqz ac totius rei familiaris administrationem relinquebat: reliquam pastoralis cure solicitudinem sibi reseruabat. Uniuersam eq familiaz quā sepenumero in timore dei viuere hortabatur optimo victu secluso tamen semp luxu supfluo pasci iubebat. Ipe cibis cōmunibus vescebatur: i hisqz minime curiosus. Semper enim quid quaqz die comesturus esset: penitus ignorabat

Quod ei parabatur apponebatur\qz sumebat. Omni sexta feria quadragesimalibus cibis ꝓ se omniqz familia vti ieiuniūqz seruari mandabat. Jeiunium quoqz aduentus domini singulis annis velut in religione faciebat seruare ꝯsueuerat. Quo etiam tempore nonnūqz ouis in grauescente etate pro corporis imbecillitate vtebatur. Jeiunia vero ecclesie nulla penitus nisi morbi grauissimi causa reliquisset. Lectioni diuine quā in mensa semper habebat ita erat intentus: vt nullū posset lector verbuz minus recte proferre: quod non statim eius correctione emendaretur. Diceres hominem non ad cibum sed ad lectionē accessisse. Cena eius aut nulla aut breuissima erat. Surgebat noctu semper adeoqz solicite vt signum matutini officij cathedralis ecclesie preueniret. Cumqz diuinum officium cum suis clericis magna cum attentione et mentis eleuatiōe persoluisset reliquū quod erat temporis vsqz ad horam diei tertiam: lectioni sacre aut componendis libris de quibus paulo post verba faciam tribuebat. Hora tertia missam celebrabat quā nūqz nisi magna vrgente necessitate reliquisset. Celebrata missa quod reliquū erat diei totum in cure postoralis solicitudine in audiendisqz his qui multi diuersis de causis ad euz ibant vsqz ad serā noctem preter id temporis quod necessitati corporis condonabatur consūmabat. Neminem inauditū nec vilissimū quēqz a se dimittebat. Satisfaciebat omnibus quantum in se erat: quippe qui audiendo patientissimus ac respondendo mitissimus esset. Tāta enim eius ingenio insita erat humanitas: vt neminem etiam domesticum ministrum vnqz quauis de causa in quouis errato acerbe reprehenderet: vt ne paululum quidem irasci aut excandescere posse videretur. Dixerat olim cum esset in ordine cuidam ex fratribus admodum carissimo se siquando quēpiam in aliquo errato asperius castigasset: non id ex animi perturbatione sed ex violentia quam sibi inferebat efficere. Nullis deniqz vexabatur iniurijs nullis cōtumelijs nullis iacturis mouebatur: omnibus humanus: affabilis omnibus vt de illo id verissime dici posset: quod de moyse in libro numeroꝝ scriptum est: erat enī moyses vir mitissim⁹ sup oēs hoīes q morabant in terra. Cō

fluebant ad eum oẽs cause ciui tatis nedum clericoꝝ sed ⁊ lai/ coꝝ plurime: qui de cõi ꝯsensu eas in illum tanq̃ȝ in optimum ac iustissimuȝ cognitorẽ reijci/ ebant. Singulis vero diebus religiosis viris q̃ȝplurimis do mus eius referta erat: qui par tim elemosynas: oĩa eniȝ bona sua in pauperes distribuebat: partim de rebus dubijs certis/ sima verissimaqȝ ab eo iudicia reportabant. Tanta enim erat in eo sacraꝝ litteraꝝ cognitio: tanta ꝯsuetudo tanta deniqȝ in consulendo experientia: vt nõ solum ciues veꝝ ⁊ aduene plu/ rimi principes ac prelati de re bus grauissimis eius sententiã plurimi facerent. Ob quã rem etiã antea frater antoninus cõ/ siliorũ appellari ceperat. Sic enim vtplurimum diminutiue anteq̃ȝ pontifex fieret vocari cõ sueuerat. Qui siqs libros eiꝰ q̃s de om̃i doctrina sacra magnis voluminibus ꝯscripsit perlege rit dicet tantã in eo hoĩe fuisse sapientiã: vt merito totiꝰ italie quinpotius iuxta euangelicum dictũ tanq̃ȝ sal ⁊ condimentum quoddã totius terre dici posse videretur. Si qñ vo ex illo ne/ gocioruȝ tumultu dabat aliqua vel parua requies statiȝ ad stu dium diuinamqȝ lectioneȝ vel orationẽm reuertebat. Multa enim alia preter officiũ vsitatũ dicere ꝯsueuerat: Nã psalmos penitẽtie dicatos cũ letãijs offi ciumqȝ beate virginis q̃ȝuis in festo duplici nullo die dicere p̃ termisisset. Bis saltem in heb domada officiũ mortuoꝝ cum nouẽ lectõibꝰ ⁊ in festiuitatibꝰ solẽnibus integrum psalteriuȝ dicere vsitauerat. Quod qȝ multa admiratione dignum est nihil vnq̃ȝ legendo sed om̃es penitꝰ psalmos memoriter recitabat. Hoc enim hi qui cum eo psal/ modiam dicebãt experimento didicerunt. Asseruit etiã mihi vnus ex suis veteribus familia ribus se potuisse aĩaduertere il lum se nonunq̃ȝ flagris verbe rare consueuisse: ⁊ hoc ex q̃ ad archiepiscopatus dignitatẽ as/ sumptꝰ est. Jllud sane in eo ma gne grauitatis magneqȝ pru/ dentie signũ erat: q᷑ nulla erat tam magna negocioꝝ p̱turba/ tio que ei ad diuinaꝝ rerũ spe culationẽ reditum remoraret adeo nulla molestia p̱turbatus summa pace ac quiete interna aĩus fruebatur. Dederat mihi sanctissimꝰ pater egregiã quã/ daȝ monitiõeȝ litterisqȝ aureis sententiã ꝯscribendam. Cũ eni molestiã pastoralis cure ac tan tã diuersoꝝ negocioꝝ p̱turba/

tionem solus apud illum dete/
staret: non est inquit possibile
plerisqz mortalium ac fere om
nibus ob eã que ex rebus hu9
seculi consurgit solicitudinem
aliqua pace ac quiete sedati ani
mi perfrui: nisi ipe sibi aliquez
secretum occultumqz mẽtis se
cessum reseruauerit: ad quem
nec negociorum molestia: nec
curarum solicitudo: nec omni
um rerum agendarũque foris
sunt pturbatio penetret: quo
cum negociorũ exercitatio ces
sauerit statim omni passiõe nu
datus animus tanqz ad arcem
quandam: et ad hominem quẽ
paulus interiorem appellat cõ
fugiat. Ad qd consequendum
magna aiebat arte opus ẽ. Cũ/
qz ipe hac sedati animi pace ac
quiete frueretur: nullum tamẽ
pastoralis dignitatis officium
omittebat: nullam sacrorum lo
corum ac sanctimonialium mu
lierum visitationem: nulla mis
sarum solẽnia: nullas altarium
consecrationes: aut calicuz: seu
sacrarum vestium benedictio/
nes ptermittebat. Quibus i re
bus omnes consuetas cerimo/
nias diligenter accuratissime/
qz obseruabat. In ordinationi/
bus vo sacrorum ordinum: iti/
demqz in ecclesiarum collatio
nibus seu cõfirmationibus: ni/
hil muneris penit9 accipi: aut
a se: aut a suorum quoqz patie/
batur. Aiebat id genus cõmer
cij: haud quaqz ab eo auaricie
crimine que simonia nuncupa
tur alienum esse. Sic etiam re/
liquis in rebus ab omni mune
re imaculatas inoxiasqz man9
conseruabat. Non amicitia: nõ
odio: neqz prece: neqz precario
vt poetico vtar verbo: a recti
iudicij quã nouisset semita di/
uertebat. Erat tamen cum illa
seueritate summa humanitas
misericordiaqz cõiuncta: eaqz
in delictis sacerdotum potissi/
mum vtebatur. Idqz agebat vt
nec impunitum crimen relin/
queret: nec etiaz ad viuum pu
tridum vulnus penitus reseca
ret. Tantũqz sua industria sua/
qz solicitudine factuz est: vt cle
rum quem satis inhonestum:
satisqz deperditum omni gene
re flagitiorum acceperat: satis
modestum satisqz emendatum
reliqueret. A multis quoqz er
ratis ciues suos maximeqz a
cõmercijs vsurarijs reuocãs:
alios ad rectã viuẽdi normã
pduxit. Ceperat primo in ipsis
primordijs sui potificatus sin/
gulis dominicis diebus ad sin
gulas ciuitatis ecclesie accede
re: ibiqz populo qui affuisset sa/
lutis monita ac diuinum pro/

ferre sermonem consueuerat. At postea cernens id iam vile scere cum simul huc alij plures egregijqꝫ diuini vbi oratores accederēt: decreuit in alium re ctius operandi vsum id temp⁹ consumere. Sic vir sanctus oīa sui muneris officia magna cuꝫ diligentia maioriqꝫ charitate prosequebatur nullum vitans laborem: nullum periculum: nō frigora: non estus: non pluuias obseruabat. Omnes etiam robustissimos iuuenes in tolerādis laboribus anteire videbatur. Accepi ego ab vno ex eius domesticis ministris: illum cū per agros ad ecclesiarum visitationem accederet cum sub ardenti sepius sole ad opus inceptum exire consuesceret: nō nūqꝫ compressos remoratosqꝫ gemitus dum equum ascenderet edere consueuisse: quos ex latenti vt ille existimabat mala valitudine vehementiqꝫ corporis dolore inflictos comprimere ac dissimulare non poterat. Cumqꝫ ille vellet sanctuꝫ virum in ipso itinere remorari: ⁊ ad modicam vel parui momēti requiem hortaretur: pge modo aiebat nostrum iter prosequamur. Illud sane intactuꝫ non pretereā: quod egomet in eo viro singularis patientie signum conspexi. Cum enim tribus fere annis ante obitū eius relatum fuisset ei clericos i maiori ecclesia minus attente minusqꝫ religiose officia matutina celebrare: cepit ipē singulis noctibus ad ecclesiam cathedralem imponende modestie causa accedere. Cumqꝫ quadaꝫ nocte magna vis ventorum ac pluuie: ex hyemis asperitate omnia perturbaret: accessim⁹ duo presbyteri: ego et marcus de quo prius verba feci ad antiquum patrem vt illum ab incepto itinere illa tm̄ nocte retraheremus. Cumqꝫ in sententia permaneret: cepi ego audacius aduersari: asserēs senectuti eius illud incommodum algoris ac pluuie: non enim est vnita cathedrali ecclesie dom⁹ episcopalis: maximum detrimentum afferre posse. Cumqꝫ itidem renittenti decerem nō ne heri ac nudiustertius hoc egisti pater: hanc tantū cepto operi noctem interpone: quo te a tanti rigoris ventorumqꝫ flantium tempestate cōserues tum ille testimonium apostoli tanqꝫ pro contrario sumens ar

gumento: In fame inquiēs et siti: in frigore et nuditate: cum me tanq̄ imbecilliorem ad re/manendum hortatus esset: ip/se ad susceptū iam munus pro/sequendum properauit. His tantis tanq̄ egregijs virtuti/bus effectum est vt magnum si bi sapientie nomē magnamq̄ sanctitatis auctoritatem non so lum apud ciues suos: verum etiam apud omnes Italie po/pulos apud nobilissimos prin/cipes ac romane curie prela/tos compararet. Summa erat populi erga eum reuerentia: summa pietas: magna de eius sanctitate opinio. Quacunq̄ illum transeuntem intellige/bant accurrebant omnes: si/mulq̄ genibus flexis proniq̄ in terrā::maiores pariter atq̄ minores et nobilissimi ciuium atq̄ optimates pro benedictio ne ab eo suscipienda flecteban tur. A summis vero pontifici/bus non solum amabatur ve/rum summa reuerentia sum/maq̄ veneratione dignus esse ducebatur. Eugenius quartus qui cognita hominis virtute il lum ad eum dignitatis graduz vocauerat paulopost: vt eo co/

piosius frui posset: florentia il lum ad se romam accersiuit. Erat enim pontificis summi vt fertur intentio maiori eum ho nestare dignitate. Fecissetq̄ voto satis nisi paulopost mor/bo preuentus diez obijsset. In qua egritudine antoninum sem per egrotanti assistere: et per manus eius sacrosancte eccle/sie sacramēta extremamq̄ vn/ctionem suscipere voluit. Non minori eum dilectione aut re uerentia nicolaus quintus qui in pontificatu successit eugenio prosecutus est. Integritatem atq̄ hominis sanctitatem non solum admirabatur: verum et alijs p̄dicabat. Diciturq̄ hoc fuisse ex Nicolai summi ponti ficis ore prolatum. Non mi/nus ait: ego archiepiscopum florentinum sanctorum catha/logo adhuc viuus ascriben/dum putarem quam Ber/nardinum mortuum: quē ego multis verissimisq̄ testimo/nijs omni approbante eccle/sia canonica celebratione de/coraui. ¶ Magnum profecto verbum atq̄ immense sancti/tatis testimonium: idq̄ non in bernardini detractionem sed

in laudem antonij prolatum fu isse iudicamus. Cōstituerat eti am idem summus pontifex vt appellationes causarum: et iu/ diciorum que a sententia ipsius archiepiscopi fierent ad sedem apostolicam in romana curia non admitterentur. Existima/ bat enim qd iudicasset vir san/ ctus nullius cuiusque iudicio in fringendum esse. Nil tum ab apostolica sede petisset antoni us: qd non: siue pro se: siue pro quouis alio facillime impetras set. Quinetiam cum in quadam penuria ciuitatis nostre postu lata primo a summo magistra/ tu: acceptaque pecunia publica famelicam plebem ac pauperes iesu christi pauisset antonius: cum perdurante charitate an/ none suis sumptibus prouenti busque episcopatus qui exiles ad modum sunt supplere non pos set: a nicolao papa pro pascēda plebe magne pecunie subsidiū impetrauit. Neque id semel tan tum: sed et sepius a summo ma/ gistratu cōsecutus est. Comple ctebantur illum pari charitate parique beniuolentia: p(re)lati om/ nes ac reuerendissimi roma/ ne ecclesie cardinales. In pri/ misque vir magne auctoritatis ac virtutis dominicus sub titu lo sancte crucis ecclesie roma/ ne cardinalis firmanus: qui de se post obitum magnum inte/ gritatis ac sanctitatis nomen posteris dereliquit. Quid di/ cam de petro sub titulo sancti marci qui eugenij pōtificis ne pos fuerat? Quid de iohanne sub titulo sancti sixti? Quid de eo qui nuper sub titulo sācte: sa bine cardinalis effectus est tūc vero temporis episcopus spole/ tanus erat: quo amore ac mu/ tua inter se charitate maxime ob similia studia amplecteban tur: consulebatque sepe alter alte rum in rebus dubijs. Quid de reliquis cardinalibus loquar: quibus ita charus erat in beni uolentia deuictus: vt omnes san cto viro rem gratam facere sū mo gestirent desiderio. Neque hoc ex officiosa antonij ambiti one prouenerat. Nemo enim hominum erat: qui minus eo ad gloriam et ad excellentiam dignitatum accenderetur. Nō pecunia: non laude hominum: non vituperatione: non volu/ ptatibus vllis mouebatur anto nius. Non habitum ordinis sui non animum: non faciem aut vultum in dignitate mutarat. Cupiebatque pontifex vt sepius ex eius ore audiuimus si licuisset ad suam reuerti monasticā cel lulam: quam ad altiora trascende

re. Memini ego cum quidam ei satis impudenter breui eum cardinalem futurum adulandi gratia dixisset: tum ille de scrobe inquit ac propinqua morte nobis de maiori gradu ac exaltatiōe meditandum. Cūq3 alio item tempore alius cum sanctitatis nomine appellasset: Sancti inquit antonius in paradiso habitāt: nos autem peccatores in terra. Post obitum vo nicolai ad calixtum tertium q ī apostolica sede ei successerat a summo magistratu nostre ciuitatis legati romam missi sūt inter quos vt legationi adderetur auctoritas antonius primo loco electus. Collegę autē9 ei9 giannot9 pandolfinus equestris ordinis: otto nicolinus iuriscōsultus: antonius ridulfus ⁊ iohannes medices. Qui cū perusio iter facientes romam magno apparatu peruenissent statuta die in consistorio publico ad presentiam pontificis admissi sunt. Quo in loco qui ⁊ psonarum auctoritate: ⁊ magna hominum etiam doctissimorū frequentia celeberrimus erat: talis fuit ad summū pontificē oratio antonij: tanta verborū ac sententiarum venustate: tantaq3 gestus ac vultus grauitate vocisq3 sonoritate prolata: vt stupentibus omnibus nō iā theologus aut orator: sed missus e celo angelus prolocutus esse videretur. Tangebat in ea oratione abstrusa mysteria: sententiasq3 grauissimas adiecerat. Que omnia nunc enumerare cum adhuc ipa extet oratio superfluum iudico. Qua ex re id factum est: vt cum antonius magnum antea ciuitatis nostre nomen maiori: tum gloria maioriq3 auctoritate illustrassē ad successorem calixti pium secundum romanum pontificē eodē legationis officio fungi summo itidem eligenti magistratu cogeretur. Nec fuit ea legatio priore deterior: aut apparatus: aut personarū dignitate: in qua etiam elegans ac gloriosa fuit oratio antonij. Fuerunt autem collegę antonij in hac secūda legatione angelus acciaiolus equestris ordinis: loisius guicciardinus: petrus pazius: gulielmus rucellarius petrus francisc9 medices. Qua vo beniuolentia ac dilectione pius papa ex ea parua q3 in illa legatione cum eo habuerat consuetudine antonium complexus fuerit: q3q3 de eius sanctitate opinionem conceperit: indicauit postea in obitu eius decretum eiusdem summi pon

tificis: quam rem paulopost se riosi⁹ enarrabo. Illud sane ad maximam antonij laudem ces/ sisse videtur q̄ cum pius papa in ipsa prima assumptione su/ am vellet curiam romanam in quibusdam minus decenter: minusq̧ honeste vsitatis re/ formari: ⁊ ad id curandum ali quos ex grauioribus cardina libus constituisset quos refor/ matores curie appellauit. An/ tonium quoq̧ illis socium tan/ quā optimum ac prudentissi/ mum virum adiecit. Sed ea reformatio maiori vrgente ne cessitate: tūc intermissa ⁊ in ali ud maioris quietis tempus di lata est. Cum etiam federicus imperator qui romam ad coro nam imperij capiendam pro/ fectus est ad italiam aduenta/ re diceretur: elegit sūmus ma/ gistratus nostre ciuitatis anto nium legatum: qui imperatori obuiam fieret. Sed antonius iam senio atq̧ imbecillitatē cō fractus id honoris ad aliū de ferri maluit. Hec dico vt intel ligamus qualis erat de prudē/ tia antonij deq̧ eius facundia opinio: neq̧ profecto falsa. Nā vt cetera omittam in quib⁹ elo quentia Antonij demonstrata est: illud sane silentio preterceū dum esse non censeo q̄ cum ex legatione quam ad calixtū ha/ buit: in patriam cum collegis reuersus esset antonius. Cūq̧ ad summum magistratum: vt de more est functe legatiōis ra tionem redditurus accessisset: totum enim legationis pōdus ei incubuerat talis tam longa: tam dilucida: tāq̧ recenti me/ moria fuit eorum que gesserāt in legatione copiosa enarratio vt a diuino potius quodam q̄ȝ ab humano ingenio oratio illa habita esse videretur. Eoq̧ id magis animaduerti: quo om/ nes qui tum aderant plurima admiratione: maximoq̧ stupo re perculsos esse conspexi. In vtraq̧ enim legatiōe sancto vi ro comes fui: ⁊ secretarij offi/ cio fūctus. Neq̧ vero vsq̄ȝ eti/ am in rebus magnis deerat an tonio animi magnitudo. Quod tum maxime patuit cū etiā ma gistratum summum nonnullis in rebus coram redarguere au sus est. Idq̧ potissimum fecit eo tempore quo franciscus pa/ taninus: qui nunc est ferrarien sis episcopus: tum vero euge/ nij thesaurari⁹: huc missus ab ipso sūmo magistratu pro vin/ dicandis redimendisq̧ nōnul lis nostrorū ciuium: qui rome

detenti erāt: velut obses capt⁹ est. Erat tum forte extra ciuitatem visitationis causa Antonius. Qui cum hanc rem accepisset magna ad vrbem festinatione properauit: summumqꝫ statim magistratuꝫ adijt: magnaqꝫ detestatione quod per illos factum erat redarguit. Clamabat tum sūmo magistratui Antoni⁹ non licere quauis de causa viro ecclesiastico violentiaꝫ afferri. Qd nisi ab incepto destitissent grauissimā in eos excōmunicatōis sentētiā publicasset. In principio quoqꝫ sui pontificatus: non minore laude dignum operatus est facinus. Cum enim quadam die visitandarum ecclesiarum gratia ciuitatem perambularet: vētum est ad quendam locum: vbi ciues multi publice ad talorum alearumqꝫ ludum conuenerant. Quod cum vidisset vir sanctus illuc accedens precedente cruce summa cum detestatione omnia ludi instrumenta subuertit. Cum vͦo subsequentibus annis subito in ciuitate nostra ludus nouus qui per sortes fiebat exortus esset in quo non tantū nostra: veruꝫ et romana ciuitas infecta erat adeoqꝫ deperdita: vt omnis pene populus relicto artiuꝫ exercitio illuc ad perdendam pecuniam priuatamqꝫ substantiā se quisqꝫ conuerteret. tanta fuit pastoris industria: vt sicut repente aduenerat ludus detestabilis: ita repente penitus extinctus esse videretur. Quod etiā rome postea summus pontifex ad imitationem Antonij tolli iussit. Ex qua ieiunum id bonum consecutū est: qꝫ cum quidam ī nostra ciuitate sacerdos ex illis sortibus aureos mille lucratus esset: intercepit eam peccuniam Antonius ac pauperibus errogauit. Erat enim tunc quoqꝫ plebs famelica in nostra ciuitate. Nō defuit etiā tum Antonio magnitudo animi cum sordidissimum hominem ac detestabile caput ioannis canini quem heretica prauitate infectum deprehenderat non approbantibus id multis ciuibus flāmis concremandum esse adiudicauit. Quod vͦo in hac extrema posit⁹ egritudine in qua etiam decessit: qbus verbis: quo animo ecclesiasticam īmunitatem tutabatur. Cū enim per publicos magistratus lata lex eēt in qua cōtra canones clericorum patrimonia tangebantur: audebat

dicere se etiaȝ in summum ma gistratum nisi ea lex abrogata fuisset ex communis sententia: quin etiam si opus esset in vni uersam ciuitatem se interdictũ ecclesiasticum imissurum. Sic merito eum vt summe virtutis virum verebantur omnes: co lebãt vt patrem: vt sanctissimũ virum adorabant. Neqȝ id im merito. Erat enim vniuersorũ ciuium patron⁹ quidam ac paẗ patrie qui omnibus prodesset: neminem lederet: omnẽqȝ sub stantiam suam pauperibus ero garet: neqȝ id parce aut minu tim. Cẽtum enim aureos in fe stis paschalibus in pios vsus ⁊ necessitates pauperum distri/ buere consueuerat: preter quo tidianas elemosynas. Nihil si bi reseruabat: nihil post se i mor te nisi necessariam eamqȝ par uam ac tenuem suppellectilem dereliquerit. Edificandi quoqȝ curam aut solicitudinem nũqȝ habuit. Hoc successorib⁹ aiebat meis faciendum reliquamus. Uerũtamen cũ non paruis ter remotibus vniuersa esset florẽ tina ciuitas conquassata: in re staurationeȝ domorum itidẽqȝ in aliȷs condendis nouis edifi ciȷs ita postulãte necessitate cõ sumpsit. Et quoniam terremo/ tuum mentioneȝ fecimus adiȷ ciendum est illud portentũ qđ apud castellum sancti cassiani quod a nostra ciuitate octo mil libus passuũ distat biẽnio post terremotus illos contigisse cõ sperimus. Nam in vigilia scti bartholomei apostoli summo mane in ipso crepusculo talis tanqȝ vehemens fuit aeris per turbatio: tanta ventorum pro/ cella: vt nulle nedũm arbores aut vergulta: sȝ nec edificia qui dem stare poſſent. Euulse sunt radicitus quercus ingẽtissime alie trũcate: pinnus quoqȝ gros sissime per mediuȝ fracte ac di stracte sunt: vastatiqȝ sunt agri arboribus. Sed neqȝ domus vlle tantam tempestatem per/ ferre potuerunt. Omniũ tecta euersa ac dispersa non nulla ẽt integra sublata ⁊ longo spatio de loco ad locum translata sũt. Pleraqȝ edificia penit⁹ ad ter ram postrata. Occisi etiã mul ti promiscui sexus viri ac mulie res a ruinis oppressi. De peco/ ribus nihil loquor cum in ea ꝓ cella illud sane poeticum dici posset: cum stabulis armẽta tra hit. Facta est igitur tũ magna arborum domorum atqȝ homi num strages. Illud quoqȝ pro fecto multa admiratione in ea ventorum perturbatiõe dignũ est: ꝙ cum quedam ecclesia ma

gnam ex ea procella ruinam fecisset conuenientibus alijs vndique muris ac parietibus: solum tabernaculum corporis domini intactum ibidem illesumque permansit: magnum sane nostre fidei argumentum. Fuit autem ea rerum perturbatio ex ventorum commotione sine aqua primo: mox subsecuta est ingens pluuia. Nihilque in eo turbine salubrius fuit quam breuitas temporis: nam octauo fere hore spatio perdurauit. Breue etiam terrarum spatium per latitudinem occupauit Non enim integros mille passus complexa est: per longitudinem vero magis magisque ad quinquaginta millia passuum plusue protracta est: et a tyreno vt fertur mari eleuata per vulteranum agrum ac florentinum ad fesulanum vsque peruenit. Res sane magni portenti: ac nostris temporibus inaudita. Erat vero antonius vt iam ad illum redeamus vt in alijs accuratus: ita sui commodi aut cultus corporis negligentissimus: adeo vt post menses multos ad commutandas plenas sordibus ac pediculis tunicellas et calligas vix compelli posset. Quin etiam id quod ab vno ex eius fratribus admodum illi familiarissimo accepi non tacebo. Sunt enim que nunc a me scribuntur de Antonio viris grauibus: et his qui iam solido vt ait apostolus vtuntur cibo maxime edificationis causa ac magne sanctitatis exemplar. Quod vero filij huius seculi de hisce rebus sentiũt parui facimus. Aiebat autem frater ille Antonium quadam vice cum cibum sumeret petijsset vt sit vinum sibi miscere: cumque frater ille cyatum in quo paulo ãte vrina fuerat abluere ac mũdum reddere festinaret: sic misceto inquit Antonius: nam lotum illotumque esse nil refert. In quo beato Francisco simile quid fecisse apparet qui cinerẽ ferculo immiscuisse dicitur ne vitio gule tangeretur. Ut vero sui aut voluptatis negligentissimus: ita erat equi iustique diligentissimus obseruator. Ab eo quod semel bonum rectumque esse nouerat nullis multorum magnorumque ciuium precibus flectebatur. Sic tandem ciues omnes illum admodum verebantur et amabant plurimum. Quin hec fuerũt cosmi multa cum sapientia verba prolata: qui vt opibus ita et pruden

tia ceteros ciuium anteire du/cebatur. Magne aiebat fue/runt hac tempestate nostre ci/uitatis calamitates: maiora pe ricula bellorum: pestis: inedie terremotuū. imprimisqꝫ occul tarum seditionum: que omnia meo iudicio nostram euertis/sent ciuitatem: nisi pontificis nostri merita orationesqꝫ re/stituissent. O preclara ac sapi/enti viro digna sententia. Is etiam vt nuper in successore antonij sic prius in ipsa antonij promotione sua suorumqꝫ postponens cōmoda: vtilitati publice ꝯsulendū putauit. Il/lud sane non est pretermitten dum: quod ad perfectam An/tonij gloriam pertinere videatur. Nihil enim deest vt pro pheta ait timentibus deum.
Si enim Antonio tabulis te/stamentoqꝫ dignitatem suam cuippiam legare licuisset: ne/minem ei qui sibi in pontifi/catu successit preponendum in dicasset. Eum enim rectum do ctumqꝫ virum existimabat: cu ius etiam iudicio in dubijs va rijsqꝫ sententijs sepius vteba/tur. Sed de hoc alias. Nunc ad Antonium redeamus. Qui cum iam septuagesimum eta/tis annum attigisset: tredecim enim vt diximus annis ponti ficatum gessit ad quē cum qn/quagesimum septimum ageret annum assumptꝰ est: febri qua dam lenta correptus quā fleg/maticam physici appellant: non vehementi sed longa egri tudine laborauit. Cumqꝫ ce/pisset morbus ingrauescere ve hementiorqꝫ eum febris vexa ret accessi ego ad lectum ī quo iacebat conabarqꝫ: vt fit egro/tis: ipsum amantissimum pa/trem consolari simulqꝫ bonam spem ⁊ conualescentiam polli cebar. Ad quod vir sanctus fiat inquit voluntas dei. Et pau lopost subiunxit prophete ver ba que scribuntur in psalmo. Dies inquit annorum nostro rum in ipsis septuaginta an/nis quasi preuidisset vite sue terminum: cuꝫ ad eam iam eta tem vt paulo superius diximꝰ peruenisset. Imposuerat etiaꝫ non multo antea extremā ma num ingenti libro magnoqꝫ vo lumini quam summam appel lauit. Quam longo tēpore ma gno labore multoqꝫ artificio cō scriptam: vt paulopost docebo non ad meatus syderum na/tureqꝫ occultas vires demon strandas: sed ad dandam edo cendamqꝫ eam salutis scien/

tiam ediderat que in edocendo timore domini cum perceptione mandatorum eius ac operis consumatione posita ē. In quo libro quicquid ad considerationem speculationemq3 sacratissime theorie: quicquid ad nobilissimaru3 virtutum acquisitionem: quicquid deniq3 ad bene beateq3 viuendi vsum pertinere videatur dilucide sapienterq3 conscriptum est. Nihil pretermissum: nil obscure nil concise mutilateq3 dictum. Eaq3 de causa magno eum volumine necessario conclusit. Non enim de vniuersalibus tm̄ rebus scripsit: verum etiā ad particularia queq3 descendens ad hunc nostrum viuendi vsum ⁊ ad singulare3 quandam humane vite operationem doctrinam accomodauit. Quam etiam quinquepartitam esse voluit. Et in prima parte de anima in genere deq3 eius nobilitate ac de immortalitate anime disputauerit. De infusione eius in corpore: de eius potentijs que extrinsecus sunt: de intellectu ac voluntate de passionibus anime. Item de causis peccati. De peccato ac nocumento eius. Ite3 de septemplici genere legum

Cuius principium est. Quam magnificata sunt opera tua domine. Et vade ad formicam o piger. In secunda parte de septem vitijs in specie ⁊ de eorum ramis. In primisq3 de superbia eorum capite: et in primo titulo tractauit de simonia ⁊ vsuris diffuse: in secundo de restitutionibus: item de iuramento ac periurio: item de voto ac transgressione voti: postremo de infidelitate eiusq3 generibus. Que incipit. Tu contribulasti capita draconum in aqs: tu ↄfregisti capita dracōis In tertia de officijs cuiusq3 hominis cuiuscunq3 conditionis: de omni arte atq3 vsu viuendi vtilissimū sane opus: quod etiā de statibus hominum appellauit. In quo etiam de censuris: de excommunicatione sc3 suspensione et interdicto atq3 irregularitate copiose pertractauit. Item de septem ecclesie sacramentis. Que incipit: Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. In quarta v̄o parte de septem virtutibus quatuor cardinalibus tribus theologicis. De gratia spūs sctī in genere: de septem donis. Et i dono pietatis adiecit quadraginta sex

sermones de beata virgine maria. Incipit: Benedictionem dabit legislator ibunt de virtute in virtutem: videbitur deus deorum in syon. In quinta vero hystoriam a principio orbis cōditi vsqz ad tempora sua complexus ē. Que incipit. Loquar propositiones ab initio. Alios itidem breues libellos quosdam latino: nonnullos etrusco sermone conscripsit: vt sacerdotibus minus doctis alijsqz idiotis personis consuleret. In quibus omissis argumentorūz disceptationibus nudas conclusiones breuitatis causa conscripsit. In illo vero magnoopere: quam quinqzpartitam summam esse diximus nihil omnino dixit quod non multis rationibus maximisqz argumentis: omniumqz etiam approbatissimorum doctorum augustini hieronymi gregorij ambrosij thome: aliorumqz testimonijs atqz auctoritate ꝯfirmatū protulerit: adeo vt nemo vnqȝ in tāto ope quicqȝ min⁹ recte minus elimate aut īprudenter prolatum redarguere potuerit In qua re illud sane multa admiratiōe dignū ē eū hoiez q̄ p̄us i ordine suo in ꝯtinua ac maxima suoꝝ fratꝝ admistratiōe: deinde i pōtificatu ī maximis negociorum ac rerum agendarum perturbationibus constitutus fuerit potuisse tot librorum volumina tam varijs materijs conscripta tot doctorum ac sacrorum canunum testimonijs ⁊ auctoritate firmata conscribere. Cum igitur antonius vt paulo superius diximus iam libros suos pro suo desiderio ad cōmunem hominum vtilitatem exactos reddidisset: cuz iam clerum ciuesqz suos ex mala vitiorum consuetudine ad recte viuendi normam maxima ex parte reuocasset: cuz deniqz de se omnibus mortalibus optimum sanctissime vite exemplum prebuisset: placuit altissimo corona debita tantorum laborum hominez non frustrari. In ea igitur de qua nunc diximus positus egritudine: curauit p̄mo omnia ecclie q̄d oībus mādat fidelib⁹ sacramēta suscipe. Cūqz in die aploꝝ philippi ⁊ iacobi ante crepusculū extremā vnctionē simulqz plenariā indulgētiā astātib⁹ frīb⁹ suis q̄ secū vixerāt i ea egritudine assidue ac frequentes magna cū charitate obseruarūt suscepisset: cūqz illi circūfusi lecto matutinum offm̄ decātarēt ꝯuenissētqz ad

laudes:tum vir sanctus in ipsa iam mortis anxietate positus magno conatu in feruore spiritus initium aliis faciens dixit: Deus in adiutorium meum intende. Quod imense pietatis signum: magna fuit gemituum omnib⁹ astātibus ac lachrymarum reintegratio. Cū vero quasi ad ipsum vite terminum deuenisset: nec iam vlla nisi pauca admoduʒ atq3 ea semi integra verba proferret: hoc sepius ex ore eius verbum auscultantib⁹ audiebatur: seruire deo regnare est: quasi iam laboris sui premium paratamq3 ante oculos mercedem intueretur. Aliud hoc item verbum sepius proferebat. Sancta ⁊ imaculata virginitas: quibus te laudibus efferam nescio. Cūq3 fratres qui totum iam psalterium legerāt eosdem psalmos reiterarent p̄uenissentq3 ad eū versum psalmi vigesimi quarti qui dicit: Oculi mei semp̄ ad dominuʒ: ipse eleuatis tunc oculis erectisq3 ad celum manibus eundem versum replicauit: Oculi mei semper ad dominum: quoniā ipse euellet d̄ laqueo pedes meos. Simulq3 ex continuo labiorum motu ⁊ ex nonnullis perceptis ex ore eius verbis intelligebatur illum in continuata citaq3 psalmodia d̄tineri. Maximeq3 eum psalmū sepius iterare videbatur qui in vltimis matutinis laudibus decantat̄: Laudate dominum de celis et reliqua: quo etiam in vita vt sui fratres asserunt delectari plurimum consueuerat. Nō nūq3 etiam porrectā a fratribus breuem domini crucifixi imaginē cōplexus tāto dilectiōis deosculabatur affectu: vt astantes oēs nullo pacto lachrymas continere valeremus. Sequenti igitur die post festum apostolorū hoc est secunda maii: ⁊ in vigilia ascensionis domini post lōgam anxietatem spiritus ille sanctissim⁹ solutis corporis vinculis ad ethereas sedes euolauit. Quod magnis signis verissimisq3 argumētis ita fuisse cōprobatur: ex quibus nō omnia nunc recensenda sed quedam in laudem tantarum virtutum pretermittēda nō sunt. Illudq3 in primis quod verissima ipsorum fratrum narratione percepimus. Fertur enim quidam eiusdem ordinis frater constātius nomine vir magne sanctitatis: cum esset in ciuitate esculana ⁊ vigilans oraret in ecclesia vidisse manifeste antonium eadem ipsa hora qua ex hac vita migrauit gloriosum ad cele-

stem patriam euolasse. Utq; il/
lud ita esse maiori confirmaret
argumento vidit eadem hora
alium fratrem qui etiam i alia
ciuitate tunc obierat non iam
ad celum sed ad purgatorias se
des descendere. Quod cu; ille
aliquādiu reticens ⁊ leticia in
sueta vultusq; hylaritate dissi/
mulare nō posset: pulsatus pre/
cibus diu a fratribus tande; id
quod vidisset magno cum gau
dio enarrauit: ⁊ de morte vtro
runq; post aliquod dies id ita
esse certa rei experientia com
pertum est. In ipso quoq; exe/
quiarum die dum corpus in ec
clesia sancti marci positum eēt:
accessit mulier q̄ altero latere
debilitato ac stupido diu man/
cha fuerat tactoq; sancto corpo
re anteq̄; de ecclesia recederet
integritatē virium in toto cor
pore se recepisse percepit. Sed
anteq̄; ad reliqua que volum⁹
signa narrare accedamus dicē
dum est quali eum honore i ip
so funere pius romanus ponti
fex honestare ac gloriosum red
dere voluerit: qui tum forte in
ciuitate florentina aderat ⁊ ad
celebrandum id concilium qđ
dictum appellauit mantuam ꝑ
perabat. Primum igitur om/
nium statim post obitum An/
tonij funus ipsu; diligenter ac
magnifice curari pro viri ac ci
uitatis dignitate mandauit: q̄;
pluresq; episcopos aliosq; pre
latos ad funus deducendū ac/
cedere: omnem archiepiscopi
defuncti familiam longis pul/
lisq; vestibus indui: ad quod ēt
tis:scelestis:sacrilegis: melius faueret bonis:castis:ↄtinētibꝰ. Si maximis facinoribꝰ irritatus tāta adhuc eosipos: a qbus ad vindictā ꝓuocat̄: ꝓseqt̄ idulgētia vt deficere stirpē eoꝝ: posteritatēq; nō sinat: qd faceret si ei oēs tota cū deuotiōe seruirēt: nec vllus iam eēt a quo vel offenderet̄ vel ad vltionē ꝓuocaret̄. Si multiplicat genꝰ hominū impioꝝ quāto magis bn̄ beateq; viuētiū germē augeretur. Si ↄseruat peccātiū stirpē quāto posteritatē seruiētiū sibi ī cenobica vita ↄuaret. Qd si q̄ris modū q̄ id fieri pōt rn̄debo tibi queadmodū hoc ipz rogatus qdā rn̄disse fert̄. Si oēs in gt ↄtinētiam corpis deo deuouissent:eiq; recta mēte ī scā religiōe seruirēt si aliꝰ nō eēt ꝓpagatiōis modus potiꝰ e celo homines plueret:q̄z ꝓpt̄ exhibitū obsequiū genꝰ hoīum depiret. Scio ꝓinde eū q e luto ꝑmū fecit hoīem posse mille modis sine nr̄a opa humanū genꝰ ↄḃuare:nec sapiaz:nec ptātē illi deesse. Deniq; ↄcedamꝰ hoīes d̄fecturos q terras ⁊ orbem colerēt:mūdūq; vacuū relinquēdū nōne adhuc multo meliꝰ eēt celū īplē q̄z terrā. Immo vo num beatiꝰ eēt ꝑadisum īplere q̄z infernū. Nā carnis ꝓpagatio generatioq; terrena: sicut homines in mūdo multiplicat:ita innumerabiles trāsmittit ad tartharꝝ:sicq; terrā implet ꝑiter ⁊ abyssum. Postremo pone hāc solicitudinē o serapion:difficilis res ē oīa relinquere:odiosa paupertas:ardua res: continētia dura:religiōis conuersatio. Qꝛ obrē ꝑiculū nō ē: etiā si nos ad religiose viuēdū accedamꝰ:vt oēs id faciant. Bono aīo esto pauci sequent̄. Remanebūt plurimi q huic ꝑiculo ꝯueniāt ne orbis vacuꝰ relinquat̄. Tu mō audi qd suadeo teipz respice ac tibi salutiq; tue diligent̄ ītēde. Amplectē religiosā vitā: q̄ tibi dux ī celū eē possit ⁊ si mihi credis ꝑdicatoꝝ fratꝝ fil' habituz regulāq; subeamꝰ. Ea religio btissimū dn̄icū sortita ducē: mltosq; ac mirabiles viros habuit q eousq; scitati ⁊ sapīe ꝓcesserūt: vt ⁊ ī orbe toto noīatissimi habeant̄ ⁊ īter celicolas nō īferiores eē credant̄. Eiꝰ religiōis ꝓbatissimos sectatores ⁊ optimos atq; lr̄atissimos viros: et tu o serapion et thomas nr̄ oī genere laudis et cōmēdatiōis laudare soletis: quoꝝ iocūda q dē cōuersatio:animi trāqllitas mētis delectatio:⁊ sacroꝝ exercitatio studiorū: nec facil' dictu eēt:nec pn̄s tp̄s ad dicēdū suffi

ceret. Solēt p̄terea nō se p̄ster nere voluptatibus: sed maxie despectu eas habere. Quod q̄ fecerit vt a platone dictum est: ingens p̄mium consequetur.

Sera. Iaz mihi pene ē p̄suasuz o cipane tanta dicendi copia vsus es: vt adeā religionis conuersationē quā tantope comendasti ⁊ iam mea sponte fugata p̄spera fortuna te sequar. At mihi velim dicas: nisi molestū sit: si alius p̄ter eum quē dixisti bene viuendi modus īueniri queat an nō.

Cipria. Arbitror o serapion nullus hoc tp̄e reperiat eē p̄stantior Nā si aliquā tutiorē ⁊ quietiorem vitam reperire potuissem fortasse non ad hanc potissimū confugissem. Hac v̄o nulla rōe inueniri potui meliorez.

Serapi. Ego si quid o cipriane nō recte ago apte scias me nō mea sponte sed p̄ ignorantiā relinquere Nec mihi velim succenseas: si ardentior eē videar ī rogādo.

Cipria. Uereris vltra q̄ȝ oportet. Facultas o serapion tibi semp̄ est apud me presertim libere rogādi quod velis atq̄ȝ loquendi.

Sera. Hac spe tecum agam: scio igit̄ o cipriane: q̄ multa calles prudentia: excellensq̄ȝ ingenium a natura tibi datum ē: vereor tm̄ ne in hac ipsa re nimio quodā ducaris animi feruore nec satis cōsiderans id tecū delibera ris. Nā si ꝯsuetudinez tuā atq̄ȝ naturā cū laborib⁹ noui tirocinij qd̄ tantope expetis cōferre volueris: intelliges hoc onus longe fortassis tuis impar esse viribus: teq̄ȝ impotē atq̄ȝ imbecillem ad id pondus ferenduz Quo enim pacto religionis austeritatē atq̄ȝ molestiam tolerare te posse arbitraris: q̄ hactenus exq̄sitissimis cibis semp̄ es vsus: preciosis vestib⁹: stratis mollior ib⁹: q̄ deniq̄ȝ domi tue: atq̄ȝ intra tuos summa licentia oīumq̄ȝ reruȝ cōpia in delitijs semp̄ vixisti: nullū vnq̄ȝ laborē sustinuisti: non famē: non frig⁹ non noctes insomnes: non qd̄ oībus grauissimū eē videt̄ subiectionē aliquā expt⁹ es? Magna mihi crede est vis ꝯsuetudinis: religionis magna difficultas. Ceterū nōne ridendum eū hoīem putaremus: qui cum ioco semp̄ ⁊ in vmbra vixisset: nec vllū vnq̄ȝ gladiū: nō galeā: non clipeū attigisset: nō puluerem: nō solē: non inediam: non horrorem frigoris: non imbrē: non grandinē perpessus esset:

non sup nudā humū vel sup fe-
mur dormisset: ad secularē mi-
litiam se ꝯferret in qua esset ne
cesse aut paucis diebus infelix
vitam euomere aut domū ad p
stinas delitias turpiter redire
Ueꝝ putare debes o cipriane
religionē ipsam vt etiā sanctissi
mo bernardo visuz est egregiā
quandā ⁊ insignē esse militiaz
que non molles ⁊ delicatos: nō
imbecilles et longo torpentes
ocio: sed robustos ⁊ varijs dif-
ficultatib⁹ exercitatos milites
desideret. Uis tibi de multis
pauca ꝑstringā. Non habebis
in cenobica vita esculentes da-
pes: non phasides aues: non vi
num creticū: non diuersitates
ciboꝝ afferrenť pransuro: vt de
licatoꝝ more dicere possis: hoc
comedo: id non comedo. Non
erit tibi cibus quarūuis carniū
nec varijs nidorib⁹ fumabūt pa
tine. Sed cib⁹ grossior atqꝫ par
tior: potus austerior: longa ieiu
nia: strat⁹ durior: noctes insom
nes. Quid facies itaqꝫ iuuenis
delicatus: si qđ in vita paupere
facile ꝯtingere pōt: esurienti ⁊
longo iam ieiunio laborāti sto
maco apposit⁹ fuerit panis fur-
fureus ac perexiguus et potus
aque. Recordabe̅: mihi crede:
delitiaꝝ quas in seculo reliqui
sti ⁊ appositas dapes oculo tor-
uiore respiciens cū nausea po-
tius propter necessitatē sumes
qꝫ cū delectatione saporis. Fri
goris vō iniurias q̄s magnope
perhorrescis: quonā pacto in
religiosa vita ꝑferre valebis?
Quid de somni quiete dicā: cū
medijs noctib⁹ iuxta ꝓphetaz
etiam hyemali frigore seuiēte
ad diuinā laudē surgere cogat
illa sancta ꝓfessio. Deniqꝫ non
erunt in monasterio qui tua fa
cessant imperitia: nec ꝑ domuz
discurrentes famuli; qui ad nu-
tum tuā impleant voluntatem
īmo ꝓ maioꝝ arbitrio alijs ob
temperandū erit: ⁊ qcq̄d iussū
fuerit sine vlla cūctatione com
plendū. Omitto rumorē quem
de te cōcitabis in vulgo: ⁊ quas
de te fabulas vicinia cantabit
tota. Omniū enī tue ciuitatis
oculos in te suscitabis si hoc fa-
cias: ⁊ qđ tibi maximo est dede
cori ac pudori si questus gratia
vt illi solent nōnunq̄: ꝑ vrbem
te vagari cōtigerit cunctorum
digito et sermone notaberis.
Hec o cipriane nō in eam ꝑteȝ
dicta velim accipias: quo vel te
accedentē ad religionem sequi
velle recuseȝ vel coner ab eo vi
uēdi munere reuocare. Nihil
hoꝝ me monuit o cipriane: vt ea
dicerem: nam abs te nisi morte
non diuidar: siue in heremum

ſiue in religionem excedas. At excitare te volui vt conſideres diligentiſſime ac moderate decernas quid tibi conuenienti/us ⁊ accomodatius eſſe videatur. Pauca quidem complexus ſum breuiter: nam multa ſunt alia de quibus immēſa eēt oratio: que tamen prius tecum debes metiri: ⁊ cum tuis viribus cōparare. Didicimus eniȝ a ſeneca prius eſſe eſtimanda que aggredi volumus: ⁊ vires noſtras cum rebus quas portaturi ſumus comparandas. Debere enim dicit plus eſſe virium in actore q̄ȝ in pondere neceſſeq̄ȝ fore opprimere portantē onera q̄ eēnt maiora ferēte.

Cipri. Ego qdē o ſerapion q̄cūq̄ȝ abſte dicunt i ptē interpretor meliorē ſed breuiter tñ cōſtanterq̄ȝ reſpondenduȝ eſſe iudico: ne diſſimulādo videar deterrit⁹ hac tua iactatione verboruȝ. Obijcis primum meam viuendi cōſuetudineȝ: deinde religionis difficultatem: ac poſtremo vulgi: ac meorum ciuium deuotationem. Clamo iniuriam o ſerapion: nam me nimium mollem ac delicatum virum facis q̄ȝq̄ȝ tibi in fortitudine ac iulio fratri tuo qui ſatis preſentans in armis habetur: ceſſi nunq̄ȝ. Sepe nāq̄ȝ vt meminiſti luſimus: luctatiq̄ȝ ſumus: nec a vobis aliquando in terram pſtratus vnumquēq̄ȝ veſtrum ſemper deieci quod et frater tuus cum vehemēter mirabatur: q̄ppe: qui ⁊ meipſo exercitatior: vtpote verſatus in caſtris ⁊ etate ⁊ corpore grandior videretur. Quid igitur mihi nūc ad religioſam vitam accedere inſtituenti imbecillitatem corporis opponis quaſi veliȝ pugnare cū hercule? Alia pugna me manet. Aliud certamen inq̄ȝ o ſerapion cum ſpiritualibus inimicis paratum eſt: in quo magis eſt mihi animi q̄ȝ corporis fortitudo neceſſaria. Iſtā vero neruorum ac virium maximam fortitudinem quaȝ mihi videris detrahere non religioſi reqrunt: ſed milites athlete: naute metallorumq̄ȝ foſſores ac ceteri duro operi mancipati: quibus corporis robur neceſſarium eſt qui portant arma qui pugnis et calcibus ſua inuicem membra debilitāt qui remos trahunt qui ſubuertant montes: ⁊ ſub ſudore ⁊ imbribus dormiūt. Ceterum religio ipa nō athletas: nō milites: nō nautas: nō foſſores: ſed ɔtēptorē mundi deſiderat: qui poſſit mente pugnare non corpore: q

vitia superet non tyrãnos: qui coerceat cupiditates non leo/nes. Hanc animi fortitudinem religio in suis militibus requirit que nõ amittitur per aduersam corporis valitudinem sed augetur. Unde ⁊ apostolus loquitur: Quando infirmor tunc fortior sum: ⁊ si exterior homo noster corrũpitur interior renouatur de die in diez. Qđ vo asseris de ciuibus me notatum iri: nihil mihi penitus cure est nec ciuium nec populi iudicia pertimesco: quibus satius est displicere vt deo placeam. Testẽ habeo conscientiam. Multitudinem autem valere sinã. Me si placet cum pphetis: cum apostolis: cum xpo: questuariuz vocitent: nam ⁊ ipsi mendicãtes erant: ⁊ stipem vnde vitam ducerent hostiatim qrebant. Ego nihil pendo vulgi estimationẽ nec vllus omnino sapiens stã/dum iudicio multitudinis arbitratur. Quinpotius vt veruz fatear: hec satis me res mouit: vt ad eam religionem accedẽ/dum putarem: quo vel in hoc imitari possim vestigia saluatoris: qui cum in celo ditissimus esset: quippe qui omnium gentium omnium seculoruz habet imperium: nostra pro redẽptione pauper adeo fieri voluit: vt etiam alimentis necessarijs indigeret. Ad quã ob causam. Profecto vt intelligamus eius exemplo contẽnendas eẽ diuitias: spernendam caducaz gloriam: populares rumores non curandos. Deinde vero vt terrenis opibus expediti: ab ipo veram discamus sapientiam: vt lactãtius ait: Que quidem duo scilicet paupertatem ac diuine sapientie studium in ipa religione predicatoruz fratrũ me nãcisci posse haud q̃zq̃z diffido. Sed dicis: vt es homo facetus ad persuadendum concinn⁹: politus: profectus e schola: non habebis in cenobica vita esculentas dapes: non phasidas aues: non delicatos cibos: non vinum mulsum: at sepe tibi ieiunandum erit: carnibus nunq̃z vescẽdum: sed holeribus et leguminibus: cibisq̃z grossioribus: dormiendum durius frigoris iniurias proferendum. In his questionis tue totum pondus: hic totius negotij tui cardo versatur. Respondebo itaq̃z tibi o serapion: doceboq̃z multis exemplis nos sine his q̃s meministi: ciborum delitijs facile posse viuere. Primum tamen satis admiror: quid mihi quasi me multum coquorum iura delectent:

totam pene coquinariā artem opponis. Ego aūt non mihi sū conscius: adeo vnq̄ horum ciborum fuisse cupidū: vt mihi debeas ventris ingluuiem obiectare. Uerū sic esto feceris vt libet. Conabor iam tibi satisfacē ostendamq̄ victus tenuitatem abstinentiāq̄ ciborū nō modo sanitati nō esse ꝯtrariam: sꝫ maxime ꝯferre: nec iminuere vitā nostram: sed facere longiorem Nōne qui egrotant aū ad meliorem non ꝑueniūt valitudinē q̄ꝫ tenui cibo et castigato victu vētris onera deposuerint. Quibus igitur cibis ⁊ remedijs recipitur sanitas: his etiam vt arbitror cōseruari pōt. Nōne pr̄tuus o serapion: qui multo tp̄e podagre humoribus laborauit ante liberari non potuit q̄ꝫ vinum ⁊ delicatos reliquerit cibos ⁊ ad mensam simplicem se contulerit: que certe non reliquisset nisi fuissent contraria sanitati. Irridet oratius noster appetitū ciborū: qui sumpti relinquat penitētiā. Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas. Et cum in amenissimo agro in monte voluptuoso rum hominum se crassum pinguēq̄ꝫ describeret lusit his versibus: Me pinguem ⁊ nitidū bene curata cute vises cū ridē voles epicuri de grege porcū. Sed age o serapion agrediamur: si placet: exēpla maiorum ⁊ videamus non esse difficilem carnibus abstinere. Xenephon ciri vitam octo voluminib⁹ explicauit. Eos libros cū nuper poggius noster latinos fecisset legi diligenter atq̄ꝫ: vt verum fatear: vehementer erubui: cū psarū abstinētiā cū nostra: idest christianorū volui comparare Dicit eniꝫ apud eos legē fuisse ne qs vnq̄ꝫ nisi semel in die cibum sumeret eūq̄ꝫ cibū refert polentam ⁊ cardamū ⁊ panem cū sale. Lex item erat ne qs expueret: ne nasū tergeret. Has enim supfluitates que generāt ex cibi quotidiana corpis exercitatione ⁊ nimia victus tenuitate siccabant: quos tū constat ī longissimā ire solitos senectutē Dicerarcus refert sub saturno idest in aureo seculo: cū oīa humus funderet nullum comedisse carnes: sed vniuersos vixisse frugibus ⁊ pomis ⁊ que sponte terra gignebat. Eratq̄ꝫ apd̄ eos egritudo tā rara: nisi forte imbecillitas senectutis: vt neq̄ꝫ medicus multo tp̄e inueniret. Uideo mihi patere campū latissimum si per multorū velim exēpla discurrere. Possē eni mīlia narrare. Scripsit beatus hiero

nymus duos contra Jouinianū libros pulcherrimos: in quorū secundo hanc elegantissime ꝓsequitur questionē: ex quo etiā ꝛ superiora nonnulla sunt ꝛ multa que subijciā. Dicit ergo morbos saturitate nimia cōcitari: ꝛ delitias epularūq; varietates fomenta esse vitiorꝫ. Diogenes quoq; tyrannos ꝛ subuersiões vrbium bellaq; vel hostilia vel ciuilia non ꝓ simplici victu holerū pomorūq; sed ꝓ carnibꝰ ꝛ epularꝫ delitijs asserit excitari. Unde et triptolemus inter ceteras leges quas cōdidit precepit carnibus nō eē vescendū Et orpheus vetustissimus poetarū in carmine suo esum carnium penitꝰ detestat. Quodq; mirandū est epicurus voluptatis assertor omnes libros suos repleuit holeribus ꝛ pomis: vilibus cibis dicens eē viuendu; quia carnes ꝛ exquisite epule īgenti cura ꝑparant maiorēq; penam hñt in querendo q̄ȝ voluptatē in abutendo. Corpa aūt nostra cibo tm̄ ꝛ potu indigere dicit ꝛ vbicūq; aqua ꝛ panis sit ꝛ coetera his similia ibi nature satisfactū qcqd supfuerit ñ ad vite necessitatem: sed ad voluptatē expectare: Uñ ꝛ eiꝰ apd senecam fertur eē sententia panem ꝛ aquā natura desiderat.

Nemo ad hec paup est. Intra que siqs desideria clauserit cuȝ ipso ioue de felicitate cōtendat Euripides quoq; iouis ꝓphas in creta nōn solum carnibꝰ: sed ꝛ coctis cibis abstinuisse describit. Ab eublo v̄o q mittre scpsit historias: narrant tria eē apud psas magorꝫ genera quorꝫ ꝑmi qui habent doctissimi pret holus ꝛ farinā aliud in cibo sumēdum oīno non putant. A Berdasane viro babylonio fertur gymnosophistas quosdā quos sammaricos appellat: tāte esse ꝯtinentie: vt pomis arborꝫ: que iuxta gangen nascunt fluuium ꝛ solo farine cibo pascunt: atq; cū ad eos rex eoruȝ aduenerit adorare illos solitus est pacē ꝓuincie in eorꝫ precibꝰ sitam arbitrans. Legimus ꝛ esseos: qui olim tertiā apd iudeos fecerāt sectam vxoribꝰ ꝛ vino ꝛ carnibꝰ semp abstinuisse ꝛ quotidianum ieiuniū ferme in naturaȝ cōuertisse. Ab asclepiade v̄o et eante scribit: tpe quo pigmaliō in oriēte repugnauit esum carnium penitus nō fuisse. Posseȝ pictagore socratis ꝛ antistens frugalitatē referre in ꝯfusionē nostram: nisi nimis in longum nostra oratio protraheret. Hic antistenes: cū gliose rethoricaȝ docuissȝ audiuissetq; socratem

de paupertate ꝛ ꝯtēptu delicia
rum disputantē dixisse fert ad
discipulos: Ite ꝛ magistrū vob
querite. Ego enim iam inueni.
Statimq₃ venditis que hēbat
ac publice distributis nihil sibi
plus q̄₃ paliolū r̄seruauit paup
tatisq₃ ꝑpetuus amator ꝛ imita
tor fact⁹ est. Huius discipulus
diogenes fuit quē cum antiste/
nes a suo latere dimouere non
posset: nouissime claua minat⁹
est: nisi abiret. Cui ille subiecis/
se dicit caput atq₃ dixisse: Nul/
lus tam durus baculus erit qui
me possit a tuo obsequio sepa/
rare. Isq₃ in omni vita paupta
tis adeo sectator factus est: vt
nihil possideret oīno. S₃ i ho/
ram poscebat a quolibet ꝛ acci
piebat cibū. Unde apd̄ grecos
imeroiuos appellatus est: idest
homo vnius diei victum hn̄s
His addam exemplū mirabile
qd̄ tibi ꝛ ceteris si uere christia
ni sunt: ruborem inducet cum i
tellexerint se ab ethnicis supe/
rari Cheremō stoicus vir elo/
quentissimus narrat de vita an
tiquoꝝ egypti sacerdotū quod
omnibus mundi negocijs cu/
risq₃ postpositis semper i tem/
plo fuerint ꝛ rerū naturas cau/
sasq₃ ac rationes siderum con/
templati sint: nunq̄₃ se mulieri/
bus comiscuerint nunq̄₃ cogna
tos ꝛ propinquos ne liberos q
dem viderint ex eo tēpore quo
cepissent diuino cultui deserui
re. Carnib⁹ ꝛ vino se abstinue/
runt semper maxime ꝑpter ap
petitus libidinis: q ex cibis et
ex hac potione nascunt. Pane
raro vescebant ne onerarēt sto
macum. Et si qn̄ comedebāt tu/
sum pariter isopum sumebant
in cibo vt escam graviore₃ illi⁹
calore decoquerēt. Oleum tn̄
in oleribus nouerant veꝝ ꝛ ip/
sum parum propter nauseam ꝛ
asperitatem gustus liniendam
Quid loquar inquit de volati/
libus cum ouum quoq₃ pro car
nibus vitauerint ꝛ lac: quorum
alteꝝ carnes liquidas alterum
sanguinem eē dicebant colore
mutato? Cubile eis d̄ folijs pal/
maꝝ contextum erat scabellu₃
accliue ꝛ ex vna parte obliquū
in terrā pro puluillo capiti sup
ponebant. Bidui triduiq₃ su/
stinentes inediam ꝛ humores
corporis: qui nascunt ex ocio ꝛ
ex mansione vnius loci nimia
victus castigatione siccabant.
Sentio iam me o serapion plu
ra dixisse: q̄₃ exemploꝝ patitur
consuetudo ꝛ a te non iniuria
posse reprehendi. Uerum hec
disserui de philosophoꝝ exem
plis: vt qui paupertatem ꝛ la/
bores religionis tam duros ar

bitraris:intelligas non esse dif ficille sine delicijs ciborum pos se viuere:cum tot gentiles ho/ mines in dura victus abstinen tia vltro etiam vixisse cogno/ scas. Et illi quidem pro caduca gloria nos pro eterna. Profer rem etiaz de sanctis scripturis exẽpla si in illis hactenus exer citatus fuissem. Narrabo tamẽ tibi que nuper audiui a quodã religioso viro sapientissimo cũ me presente quispiam cum de ciborum abstinẽtia rogauisset. Dicebat ergo primis genera/ tionis humane parentibus in paradiso non fuisse preceptum vt carnes comederent sed po/ ma ⁊ arborum fructus. Quod certe deus non precepisset:qui vite hominũ consulebat nisi ex illis humana vita sustentari co mode potuisset. Esau autez as/ serebat perdidisse primogeni/ ta propter cibum ⁊ impatiẽtiã gule. Et filios israel egressos ꝺ egypto angelorum contẽpnen tes cibũ:suspirasse carnes atqꝫ ob id multos e celo fuisse ꝑcus/ sos penasqꝫ dedisse. Unde ca/ nitur in psalmo:Adhuc esce eo rum erant in ore ipsorum ⁊ ira dei ascendit sup eos occiditqꝫ pingues eoruz. Dicebat quoqꝫ helyam prophetam cum dieb⁹ quadraginta ieiunasset transla tum in paradisuz eoqꝫ redijsse per ieiunium:vnde adam fue/ rat eiectus per cibum. Danielẽ ꝟo ⁊ tris pueros in babylone pastos leguminibus: pulcrio/ res ac sapientiores factos: qꝫ omnes qui de mensa regis car nibus vescebantur. Quid ergo mihi obijcis religiõis abstinẽ/ tiam:quasi sine carnibus ⁊ sine fumantibus patinis viuere nõ possim? Cito expletur nature necessitas:frigus ⁊ fames sim/ plici vestitu ⁊ cibo expelli põt. Ideo dicit apostolus:Habẽtes victum et vestitum his contẽti simus. Tales igitur ac tantas: in religiosa vita sumunt escas quantas qualesqꝫ humane vite vel necessitate satis esse iudica uerint:quibus nõ otteretur cor pus nec libertas animi pregra uetur:nam sapientie conueni/ enter operam dare non possu/ mus si de mense copia cogite/ mus. Non tales proinde acci/ piunt cibos:quos aut difficul/ ter digerere aut comestos ma gno partos labore quasi perdi/ tos doleant. Holerum vero et leguminum ⁊ pomorum ⁊ faci lior apparatus ⁊ arte multa nõ indiget:impẽdijsqꝫ quo quorũ ac etiam sine cura sustentat hu manũ gen⁹ modertec sumptus qr nec auide deuorat qui irrita

menta gule nō habet: ꝛ leuiori digestione coquitur. Si autem herculeas vires holera nō mi nistrant qd necesse est viro re/ ligioso tantā hr̄e fortitudinem quā qui habuerit nōnūq̄ꝫ etiā ad vitia ꝓuocenť. Illi arbitranť carnes sanitati ꝯgruas q volūt abuti libidine: qui in ceno di/ mersi voluptatū: nō pn̄t nisi de ventris ingluuie cogitare. Re/ ligioso viro sanitas absq̄ꝫ viri/ bus nimijs satis abundeq̄ꝫ est. Putat eniꝫ esse melius animā saginare q̄ꝫ corpus. Nō igiť te terreat o serapion ieiuniū aut carnium vel delicatoꝝ ciboruꝫ abstinentia. Multos eniꝫ ipse vidisti: qui cū in maximis deli tijs domi intra tot seruoꝝ obse quia vixissent: ac infirmi pene semꝑ fuissent translati ad reli/ giosam vitam breui tꝑe conua luisse: ex qbus neminē mihi ne cesse est nominare: tu tecum re cordaris. Nec turbare nos de/ bet si rari sint huius ꝓpositi se/ ctatores: qꝛ rari sunt casti: con/ tinentes ꝛ sancti: semꝑq̄ꝫ virtꝰ rara est. Sꝫ fac etiā o serapion nobis sit in religione vita bre/ uior: nōne adhuc melius ē citiꝰ optime mori q̄ꝫ male viuē diu. Refert inqt seneca: q̄ꝫ bene vi/ uamꝰ non q̄ꝫdiu. Et satis vixit qui bene vixit. Deniq̄ꝫ cum ad ꝑpetuam felicitatem oīa semꝑ retulissēꝫ nec qcq̄ꝫ sine ea expe tendū esse homini in vitā putas sem non solum religionis labo res ac molestias: sed nec ipsam mortē: quā etiā virgines athe/ nis regis oppinor herethei fi/ lie pro patria contēpsisse dicūť ego pro celesti patria ꝛ pro btā glīa timenduꝫ iudicaui. Quid enī habet ista vita cōmodi. Nō ne vides q̄ꝫ misera his mūda/ nis rebꝰ est anexa ꝯditio? Oēs primo pauperes nascunť: ꝛ nu. di ꝛ in hāc lucem flentes egre/ dimur imbecilles ꝛ debiles et aliene opis īdigētes. Hoc oēs edimur ꝓncipio: cui totus āno rum sequentiū ordo consentit. Cum vͦo adoleuimus nō modo non liberamur molestijs sꝫ ma iores incurrimus. Aliū ad quo tidianū opus vocat inopia: aliū honoꝝ ambitio nunq̄ꝫ qeta sol licitat. Qui aūt diuitias q̄s op/ tauerat: nō sine mille periculis nactus fuerit suo tandē labore voto: ꝛ semꝑ metuit: ne illas āt predo violenter eripiat aut au ferat publica ꝛ repentina pro/ scriptio aut fur nocturnus īua dat. Alium sollicitudo aliuꝫ la/ bor excruciat. Hic habere se do let liberos: qm̄ aut eos nutrire non pōt: aut qꝛ ꝓdigi ac factiosi sunt: rei domestice plus damni

affertur q̄ꝫ cōmodi: plus paren tibus dedecori sunt q̄ꝫ honori. Alius non habet qꝫ incredibili desiderio suspirat habendi. Qr vo bonos habuit: sed illos per/ didisse deplorat. Deniqꝫ pona mus cuncta nostris faueant vo tis et nobis abunde suppetant bona fortune prosperisqꝫ succes sibus gaudeamus: certe tñ oīa ista tpalia bona que nos fallaci voluptate delectat honores: pec cunie: fasces: potentia: pulchra cōiunx obsequētes libri aliaqꝫ cōplura: ad que semꝑ ardet hu mani generis ceca cupiditas: summo cū labore possident: cuꝫ inuidia ꝯspiciunt ⁊ qm̄ lubrica ⁊ incerta sunt hn̄tes ne amittā tur metu ꝯtinuo ꝯficiunt ⁊ in- credibili cura illisqꝫ plus minā tur q̄ꝫ prosint. Sicqꝫ si recte cō spicimus: oīs hec mundana vi ta suppliciū est. Nūq̄ꝫ stabili cō sistimus loco pendemus ⁊ flu/ ctuamus sempqꝫ timemus. Et ī hoc tam proceloso mari mūdi huius ⁊ oībus tempestatibꝰ ex posito nauigātibꝰ: nullus quie/ tis portus: nisi religionis est. Mihi credite is beatior indi cabit: qui contēpta despectaqꝫ fortuna rebusqꝫ caducis se ī eo tranquillitatis portu receperit Cum igit hec ita sint q̄d ampli us o socij cum hac mutabili va riabiliqꝫ fortuna mutamur? Quid in his cecis tenebris q̄si compedibus illigati manemꝰ. An non adhuc videtis q̄ꝫ sit la bilis vita nostra: q̄ꝫ fallax: q̄ꝫ in sidiosa? Quotidie enim mori/ mur: vt q̄dā sapiens ait: quoti/ die latenter demitur aliq̄ pars vite. Et tunc quoqꝫ cū crescimꝰ vita decrescit. Infantiā amisi/ mus: deinde pueritiaꝫ: deinde adolescentiam agimus vsqꝫ ad extremū: q̄cq̄d transijt tēporis perijt. Nūc ip̄m quē agimꝰ diē cum morte diuidimꝰ vnde ca/ nitur a nasone: Labitur occulte fallitqꝫ volatilis etas. Et nihil est annis velocius. An forte cō fiditis: qꝫ in presentiaꝝ arride/ at ipsa fortuna? Sꝫ mihi credi/ te breui nos d̄seret. Fortunatis simus fuit metellus fortunatus marcus crassus: sꝫ oēs fortunas simul tandē dimiserūt cū vita. Deseramus ergo illas a quibus certe velimus nolimꝰ breui tp̄e deseremur. In mentē quoqꝫ ve niant aduersa que nuꝑ in illa tē pestate passi sumus. Oēs pene naufragium fecimꝰ omnes ad mortē coacti: vix ex illa tandeꝫ euadere potuimꝰ. Scitis q̄ꝫ ca rum tunc sodalem amisimus. Ualerium dico nostrum: cuius nunc etiam angor absentia: de/ siderio torqueor priuatiōe con

tristor. Js cum floreret etas fa ueret fortuna arrideret ꝓspa: in fluctibus naufragus est extinctus: vix tandem nactus in extremo littore sepulturã. Ma leqꝫ etiam ipsi: arbitror: perditi fuissemus: nisi ad hoc prouidẽtia diuina seruasset: vt in sanctissima religione fructum aliquẽ faceremus. An igitur tantis iam tẽpestatibꝰ quassati vexaticꝫ: hinc fugere dubitabimꝰ An tot periculis: que in mũdo sunt: queqꝫ ⁊ ipsi experiri cepimus nos iteꝝ exponemus. Reuocate queso ad mentem quod a nostro comico dicit. Jmprobe inquit neptunum accusat q iteꝝ naufragiũ facit. Jn regno fortune ⁊ quid duro si ꝑmanebimus indigna ⁊ aduersa multa passuri sumus nobis crudeliter ⁊ cõtumeliose abuteretur. Jtaqꝫ eo nobis si sapimꝰ demigrandũ est: vbi dubios fortune casus floccifacẽ possimꝰ. Quid si vosipsi negligitis nec volueritis ſm ea que vobis a me dcã sunt viuere: nihilo tñ minus ipse non desistã nec ab hoc diuino: vt ego arbitror: munere ẽt vobis diuertentibꝰ reuocabor.

Gera. Dici non potest qꝫ sim hac ratõe tua delectatus vel potius adiutus. Et si mihi vt verum fatear non sim conscius me multum huius mundane vite vnqꝫ cupidum fuisse: tamen obijciebat animo de religione cogitanti metus quidam ⁊ veluti quadã diffidentia propter difficultatem religionis atqꝫ labores: tũ etiam parentuꝫ nescio qs mollis affectus ⁊ dulcis veteꝝ amicorum cõuersatio durumqꝫ nimis videbatur his aliquando carere: cum quibus semper familiariter vixissem. Hoc genẽ tentationis sic: mihi crede: sum liberatus: vt nihil de his penitus curandum putem. Si eniꝫ hec vera sunt que narrasti magna mihi spes est: cum illuc ꝑuenero: quo nunc proficisci volumus: eius animi quietatiõis atqꝫ voluptatis compotem fieri cuiꝰ gratia cetera oĩa flocci pendere debemus

Cipria. Mini me mirum est: si sese per multa opponant similia ad religionẽ pergere volenti. Hoc enim nõ humane virtutis est sed diuine pietatis maximumqꝫ dei minꝰ quod non omnibus passim sed electis quibusdã quos deꝰ ampliori dilectione prosequit concedi solet. Sed iam thomã audiamus. Uidetur enim iam dudũ: nescio qd: significare velle.

Tho.

Et quid putas aliud o cipriane q̄ʒ vt tuam confirmem ratōēʒ.

Cipriānus. Ita q dem et ipse rebar o thoma te factu/rum: nā certius aliquid q̄ʒ ego de religiosa vita potes afferre quippe qui cum religiosis vi/ris sepe diuer satus fuisti.

Tho. Pergo iam vobis explicare o amici: que mihi de beata reli/giosorū vita sunt cōperta q̄ʒuis per multa abs te o cipriane ve/rissime ac illepide dicta esse vi deantur. At primum ni mole/ste feratis referam vobis histo riam infelicitatis mee. Neq̄ʒ erit vt ego coniecto vobis inuti lis. Itaq̄ʒ si scire curatis. nec me cum fastidio audituri estis eam vobis breuiter narrabo.

Cipriānus. Cura mus maxime o thoma: nec modo cū fastidio sed potius summa cuʒ attentione atq̄ʒ cum volupta/te referentem audiemus.

Thom. Cogitauerā igitur mecū ipse iamdudū propter varios incertosq̄ʒ casus quibus in hoc mūdano statu subiecti sumus: ac tam multa tormenta fortune me aliquādo huius vite solici/tudinibus liberare ⁊ ad aliquē quietiorē viuendi modum bea tiorēq̄ʒ transferre vbi ⁊ dubios fortune casus si accederēt cōtē nere possem: ⁊ futura post mor tem supplicia nō timerē. Uerū cū ad religionis statum me cō uertissem: approbabā quidem eā vitam omnibusq̄ʒ mūdanis rebus anteponēda videbatur. Sed permulta me reuocabāt ab eo munere: nam si eius labo res plurimos: vigilias: ieiunia dormiendi asperitatē: abstinen tiāq̄ʒ vescendi: ⁊ q̄ omniuʒ du rissimū est perpetuā subiectio/nē: ceteraq̄ʒ id genus in mentē reduxissem: incipiebā mei cor/poris imbecillitatem: fragilita tēq̄ʒ extimescere: nec fieri pos/se rebar: vt humanum corpus eas carnis molestias atq̄ʒ affli ctiones sustinē posset: cuʒ natu ra corpora hominibꝰ infirma dedisset: eaq̄ʒ morbis ⁊ egritu dinibus doloribusq̄ʒ subiecta. Uerebar preterea multorū ho minum vanissimam opinionē qui eos qui ad religionis pau pertatem ꝯtēptis terrenis opi bus emigrant: ignauos: abie/ctos: humiles: et parui animi estimare solent: audentq̄ʒ vitu perare vitaʒ quā si saperēt imi tari cōplectiq̄ʒ deberēt. Sʒ hic error vt opinor: ⁊ hec indocto rum animis est obfusa caligo:

qui nihil dignū: nihil sanctum nihil supra se respicere possūt: sed pecudū more in humuz de/pressi: sola terrena pñtiaqz meditanf. Hic igif timor me multis dieb⁹ ꝯtinuit: ne aliū viuēdi modū pter eū quē domi habebā desiderarem. Cruciabar tñ aio ꝛ me cogitatiões varie qui escere nō sinebāt. Interiz paulus collega me⁹ adolēscēs nobilissimus atqz ditissim⁹ cuz quo a puero nutrit⁹ fui: ꝯtēptis omnibus que habebat religiosus ē factus: cuius mutationem nō solū homines: sed ipa vrbis tecta mirari visa sunt. Ego qͦz vt veꝝ fatear: tūc vehemēter idolui mecū cogitans: ꝙ tali essem orbat⁹ amico: q̄ mihi nemo vnqꝫ familiarior in oī vita fuisset Illū enim amabā plurimuz: ab illoqz piter amabar. Itaqz cōtinue deplorabā: nō illū qdē: sed me ac fortunā meā qui nō meruissem eius pticeps ꝯuersationis atqz ꝓpositi fieri. Misi ergo ad eū plusculis post diebus franciscū adolescentē ꝯsobrinū meū q postea vt scitis illū secutus ē: quo ab eo pcunctaref: qd facturus essem his de reb⁹ q̄s apud me dimiserat: iuberetqz quid fieri vellet: nam forte tūc aberā cū ipe ad religionem accessit Cūqz abiisset ille ac loquē di facultas cū viro sibi data eēt mittit inquit o paule ad te thomas: vt postqꝫ icōsulto eo te ad hāc vitā trāsferēdū eē putasti: significes qd de pecuniis tuis rebusqz aliis que apud ipz sunt disponi iubeas. Tum subridēs ille vt erat vir iocūd⁹ ꝛ qꝫobrē iqt amic⁹ ipe nō venit vt me saltē viseret. Qua tādē causā? Nihil inqt frāciscus mea scire refert tm̄ qd officii mei ē feci. Cōpleui qd iussum erat. Uelim tñ scias post in hūc locum venisti nunqꝫ illū potuisse qescere: magnāqz cōmotionez animi atqz merorē ore atqz vultu vestiūqz mutatiōe oib⁹ ostēdisse. Sed si tibi cure ē habere me quid respōdeā thome: qñ ex me quesierit: cedo mihi qd oporteat dicere. Dices inqt illi o francisce vt oia p fideles portatores mittat in celū: qm̄ ꝛ illuc ipe ꝓpero vt eo mea sarcina me pueniat mea que supellex: quo ego quoqz festino quantū valeo. Nōne ita hoies ceteri faciūt: quando volūt mutare domiciliū. Sz puto adhuc te nō intelligere. Nō equidē inqt o paule nō multū. Dicito inquit o frācisce dicito thome: vt paupib⁹ vniuersa distribuat. Habes ne? Habeo inquit o paule. Hec igif frācisce thome nostro responde ꝛ vale

re iube: ⁊ si sapit vt me sequat. Migraui enim vt mihi videt ex maxima tẽpestate ad pacatissimũ portum ex inimicorũ castris ad firmissimuʒ munitũqʒ presidiũ ex improborũ multitudine ad bonorũ societatẽ ex mũdi deniqʒ colluuione ad paradisum. Qualia inqt frãciscus o paule mandas amico: ex his q̃ ab eo intellexi arbitror facile illi psuadebis. Uale ⁊ ego ita faciã referãqʒ thome. Et tu inqt paulus o francisce vale ⁊ anitere etiam ipe: vt te quoqʒ ex his mũdanis periculis liberes: ac me sequare. Hec igitur o socij cũ audiuissem vitã prius mutare in animũ duxi: nã timor ille quẽ prius habueraʒ penit⁹ me reliquerat: qñqdeʒ vanũ illum fuisse ex pauli cõuersione didicissem: q cũ me multo delicatiorẽ ẽẽt ⁊ in hac vrbe cuiq̃ʒ secundus nõ habeiet: rumorẽ populi non curauit: nec labores religiõis extimuit: qn poti⁹ sanior ĩ religiosa vita viuere videt q̃ʒ ante. Intelligo igit iã religionẽ ipaʒ diuinã quãdaʒ habere vim. Itaqʒ q̃ʒ secreto poteram me domesticis curis liberare conabar. Accidit interiʒ vt pr̃ me⁹ migrauit e vita: cui⁹ mors ⁊ mihi orbitatẽ ⁊ mr̃i viduitatẽ reliqt. Qua ex re multis diẽbus detentus fui ne psequerer ppositũ meũ. At cũ tandẽ non destitissem: qn me his laqueis anniterer liberare ac de mundo ausugere: sensit me mr̃ talia moliẽteʒ: ac p̃us p ppinquos ⁊ amicos me diuertere conabat: dehinc v̇o nihil pficiẽtib⁹ illis ipa me comprehẽdẽs duxit in cubiculũ ⁊ laxatis fontibus lachrymaꝝ addebat verba cũ gemitu: que magis ẽẽnt miserenda q̃ʒ lachryme. Sed cũ illã vociferantẽ atqʒ plãgentẽ ꝯsolari cepissem: vix a singultib⁹ paululũ se cõtinuit. Uerũtñ illã violabãt lachryme ac largiter fluebãt. Itaqʒ puoluta genib⁹ rogabat: ne se desererẽ: ne se secũda viduitate circũdarẽ. Ego inqt fili nup priuata sum solatio patris tui. Ita qpp deo placuit. Defuncti fuerãt pauloante duo fratres tui pulcherrimi adhuc paruuli ⁊ in etate admodũ immatura: quoꝝ educatio si viuerẽt prestaret solatiuʒ solicitudini mee. Nunc v̇o te p̃ter supest nemo: q huic mee possit ẽẽ subsidio senectuti: nec aliud ĩ solamẽ relictũ ẽ. Neqʒ enim mihi modicã ꝯfert ꝯsolationẽ ĩ erũnis meis tuã iugiter faciẽ intueri: in qua mihi viuens imago custodit defũcti certissima vultus illi⁹ ĩpressiõe figurata. Hãc

igitur vnam peto gratiam: ne calente adhuc corpusculo p̄ris tui miseram matrem perpetuo tradas merori: nec luctum ve/lut sopozatum rursum excites imo ne mihi mortem inferas immaturam: ⁊ ante tempus ad sepulchrum me ire cōpellas. Sustine finē vite mee qui post modicū fortasse tempus eueniet. Juuenibus eūdi in longissimā senectutē: vt ait grecus ille chrisostomus: senibus vero nil aliud licet expectare q̄ȝ mortem. Cuȝ ergo me terre dederis: ossibusq̄ȝ p̄ris tui miscueris: ito q̄ȝ longe voles: nauiga quod libuerit mare. Non erit tunc qui possit obsistere. Hec ⁊ his similia multa mat ingessit vociferans atq̄ȝ seipsaȝ excrucians. Ego quoq̄ȝ cum nequirem lachrymas continere surrexi. Neq̄ȝ eniȝ mihi ferreum pectus erat: nec saxeū cor: nec adamantina precordia Sed illa vtraq̄ȝ manu me comprehendens atq̄ȝ multo magis ingemiscens ac vociferans: te/stor inquit deuȝ sanctosq̄ȝ oēs: q̄ vel hic ante pedes tuos ani/mam expirabo: vel mihi certā manendi spem dabis. Itaq̄ȝ contestatus sum atq̄ȝ pollicitus me illam quoad viueret nunq̄ȝ relicturum nec ab eius vnq̄ȝ latere discessurus. Hec igitur cā meum diu impediuit proposi/tum vel potius retardauit. Uerum cum mihi esset aut medio cris familiaritas cum quodaȝ religioso viro sene p̄batissimo atq̄ȝ doctissimo ex ordine p̄di/catoꝝ fratrum ad illū sepe ventitabam referebāq̄ȝ omnia: qui me optime hortari ⁊ inflāma/re ad mūdi cōtēptū despectūq̄ȝ reꝝ sollicitus erat. Cū vero domi me dieb⁹ plurimis cōtinuisseȝ: nec verecundia ductus postq̄ȝ matri me deuinxerā: vt solebā prius venissem ad hoiem: ille vt erat prudentissim⁹: suspicat⁹ est dolū accersitūq̄ȝ me dextera manu me cōprehēdēs iuxtaq̄ȝ assidēs rogauit quenā eēt hui⁹ mee absentatiōis cā. Narraui tandē nō sine multo rubore: qp pe q male pollicitatiōis mihi eram conscius: quid a matre passus fueram quidq̄ȝ ipsa non tam impetrasset q̄ȝ extorsisset ⁊ quas in animo fluctuatiōes sustinereȝ exposui. Ille autem nō turbata facie: sed vultu serenis/simo quasi subridens: videbat enim me rubore suffusum: non te inquit fili frangat res ista. Et nos maiora vidimus: ac simil'r per ista transiuimus. Sine matrem valere vel si mauult plangere. Tu modo tibi cōsule sem/piterneq̄ȝ saluti tue. Habet mater plurima solatia senectutis: obsequentes famulos ancilla/

rumq3:greges amplissimuz pa trimoniū. Sed hec sunt fili ca/ rissime machinamēta diaboli q̄ tū;tibi añ p̄dixerā:nā p hunc modum aduersarius in pecto/ re tuo xp̄m conatur occidere: atq3 vt hieronymus ait: Dona tiuuz quod militaturus accepe ras hostilia castra suspirāt. At/ tolle queso attolle multū: ⁊ ocu los ad celū eleua:videq3 diligē ter a quibus te muneribus co/ netur diabolus his matris la/ chrymis reuocare: ⁊ q3 calide palmā victorie e manibus tuis nitatur auferre. Jā fili cū ppin quis ⁊ amicis fortiter dimica/ sti:iā in primo belli ꝯgressu cō stātissime ꝑstitisti: iā hostiū cu neos nouus tyro vicisti inimi/ cos plurimos supasti: vltimus/ q3 nunc expectatur de hoste tri umphus. Jn palestra cōstitu/ tus magnā spem cōsequēde vi ctorie omnib⁹ attulisti:magnuz deo gaudiū ⁊ angelis prebuisti omnesq3 celites ⁊ beati spirit⁹ nūc expectāt:vt coronā accipi/ as. Per pugnam enim ad pal/ mā: p palmā ad victoriā pueni tur. Nec te debet mouere qđ matri pmisisse videris:cū ma/ ior sit impietas male promissa seruare:q3 scelus ante fuerāt p misisse. Quod si qs forte arbi/ tratur fuisse illud pietatis vehe mēter errat ⁊ maxime fallitur Que enim pietas est celestē pa trē relinquere a quo qcqd hēs accepis: vt sequaris carnalem matrē: a qua nisi caducū corp⁹ habueris ⁊ peccati sordib⁹ īuo lutū. Ha scelus indignū deū vo cātē ꝯtēnere: ⁊ ad mortalē attē dere creaturā. Cōtradicē crea/ tori ⁊ īperijs femineis obedire Quid putas fili charissime ti bi dicet iudex inexorabilis in die illa: qua oēs astabim⁹ ante tribunal xp̄i:vt referat vnusq/ q3 put gessit ī corpe: siue bonuz siue maluz: si nūc volueris mr̄i tā īpia pmissa suare. Te enim tūc astātē cū ceteris rogabit iu dex. Thoma qđ petis: padisuz inquies dn̄e. At ille te turbata facie: toruis oculis: ac minaci frōte respiciēs voce turbida re spōdebit. Ab illa debes p̄miū retributiōis expetē:cui⁹ sp ipio paruisti. Ecce ego te vocaui: vt mihi ī religiosa vita spūale ser uiciū exhibēs: vocauit ⁊ mr̄ vt illi⁹ cōmodis desuires Me cō tēpsisti:illā secut⁹ es. Ego vnaz salutis viaz:vt p eā graderēris ostendi:illa te vt per aliam que est perditionis ⁊ fraudis:ince/ deres incitauit. Sed illi obsecu tus es:me vō spreuisti. Et mihi quidem te inspiranti ad tutissi mū religionis portū diu ⁊ mul

to tpe restitisti. Illi autez breui cessisti te ad tempestatez seculi revocanti. Extra te etiā nolen/tem ꝛ quodāmodo repugnātē ad sinū quietis adduxerā illi te sponte obtulisti ad mundi naufragia reducere cupienti Non enim te ligauit sed rogauit: nō vim intulit sed precata est: non claua minata est: sed q̄relas muliebres exposuit: non te verberibus sed verbis mollioribꝰ pellexit ad seculuz. Et illa pro te lachrymas fudit: ego sanguinem Illa terras peragrauit ꝛ maria ego de celoꝝ sublimitate descēdi. Multos pro te illa ptulit labores ac molestias: sed non vincula: non fragella: non ludibria nō deniq̄ȝ acerbissime mortis obprobria. Et illa multas pro te peccunias ꝛ facultates exposuit: ego vitam: ꝛ tñ apud te plus valuit mortalis illa q̄ȝ ego: plus dilexisti feminaz q̄ȝ deum. Ab illa ergo posce mercedē cui tāto semp studio parere curasti. Hec o thoma ꝛ huiusmodi silia tecū in mente versare: cogitaq̄ȝ diligenter qd sis iudici respon surus. Que oīa ꝛ alia multa cuȝ sanctꝰ senex ille retulisset: fecissetq̄ȝ dicendi finez: ego suffusus lachrymis nil amplius tunc respōdi: q̄ȝ demisso capite: ora ī/quā pater pro me. Et simul his dictis lachrymās abibam. Ille aūt me intuens vade inquit fili ꝛ cras summo mane me visere non graueris. Ueniam inq̄ȝ o pater. Igitur cū per matris lachrymas a pīma spe decidissem secundā nauigationē agressus sum. Censui deniq̄ȝ cū iam exptus essem amicoꝝ ac propinq̄ꝝ maximeq̄ȝ matris tentationes cauendū fore: ne mihi idem iterato accideret qd prius: nec eē vnq̄ȝ huiusmodi cōsilia cuiuis homini manifestanda: sed sine strepitu perficiēda. Ita ego ex eo die putaui ac facere ꝯstitui. Ueꝝ q̄ vos opinor: quātū ego coniecto: eiusdem mecū esse ꝑpositi statuistisq̄ȝ: vt mihi videtur: beatam vitā religiosorum sequi: philosophiamq̄ȝ verā: necesse est vobis: totum desideriū qd olim parturiebā effundam.

Cipria. Maxime maxime statuimꝰ o thoma.

Hera. Ita mihi deū velim propitiū sic iam religiosus fieri desidero nec vlla res ē quam magis optandam putem.

Tho. Igitur cū postri die venissem ad senē plurima mihi de religiosoꝝ cōuersatione narrauit: plurima ipse meis oculis vidi: ex q̄bus pauca breuiter strictimq̄ȝ

describam. Prima iter eos: vt coniectari potui: cõcertatio est obedire maioribꝰ. Nec suo pn̄t arbitratu: ac dictione viuere: sꝫ qcq̄d fuerit a maioribꝰ imꝑatū sine cūctatione summa cum ala critate conāť explere. Hn̄t sem per alimenta cōia: vestesq; ꝛ re liqua necessaria: prout cuiq; sat est iuxta traditionē aplicaꝫ sin gulis distribuunť ab eo: cui id officiū est cōmissum. Ita cuius īterest vniuersa moderať vt ne mo: q̄d postulet: nemo sit ꝓ seip so sollicitꝰ ꝛ tn̄ nemo dehabeat. Nec cuiq̄ȝ oīo licet dicere meā tunicā meū codicē: meā cellam Nulla intra eos sunt iurgia: ne mo queriť: nemo musat sed ac/ ceptis rebus est quisq; cōtentꝰ Sūma in illis pax: summa cha/ ritas ꝛ oībus preponenda vo/ luptatibus animi desiderata ꝛ beata tranquillitas. Ceteruꝫ q̄ȝ letanter e vita discedant neq; cicero si adesset: neq; demoste/ nes posset explicare. Affui nuꝑ ipse o socij cum ex illis quidam moreref: aderāt q; fratres oēs canentes psalmos. Uidi cū ibi adessem admirabile quoddam nam tanta inerat hilaritas mo rienti: tanta ex illa sua migra/ tione iocunditas: vt lachrymā tes multos quodam vt fieri so/ let pietatis ꝛ charitatis affectu fletum continere iuberet: dice/ retq; vicem suam ab eis deplo randam vllo pacto nō esse: qn̄ quidē ad meliorē vitā emigra ret. Rogatus vͦo an timeret se nunq̄ȝ a deo securꝫ fuisse rn̄dit. Arbitrari enim inq̄t oportet si vere sumꝰ religiosi: nos ad deū post mortē ire ꝛ ad angelorum choros cetumq; sanctoꝝ oīum proficisci. Nonne huius felici/ tatis grā laboramus in religio ne ꝛ affligimur: ꝛ vltro etiā pe nas damus. Nōne in tota vita bene agere atq; niti cōsueuimꝰ vt ad eos tandem beatos per/ uenire possimus? Igiť valde ri diculum foret ita se in vita com parasse sempq; ita vixisse: post ea a morte adueniente turbari Si laboramꝰ ī vita ꝛ a volupta tibus corpis separamur vt post mortē premio ꝛ corona donari valeamꝰ: cur terreamur ꝛ mo leste feremus cum id fiet? Non ne summa essꝫ absurditas si nō libenti animo illuc tendamus: vbi cum peruenerimus spes ē eo q̄dem quod in vita tantoꝑe desiderabamꝰ potiri eo vͦo q̄ð moleste ferebamus penitus li/ berari? Nonne vt ait socrates in phedone: ex humanis q̄deꝫ rebus parētibus vxoribus aut filijs decedentibus: multi iam sua spōte voluerūt iferna adire

putãtes illic vidẽdi ⁊ cõuenien di eos: quos amabãt in vita si bi fieri potestatẽ? Qḋ si ita faciunt illi: qd religiosius: qd verꝰ amatoꝛ dei ac sanctoꝛuꝫ? An in hãc ipaꝫ spem adductꝰ se ad deum ꝓfectuꝝ: si moꝛiaꝛ aduentã tẽ moꝛteꝫ moleste ferret: ⁊ nõ libẽti aĩo migrabit e vita. Itaqꝫ fratres id vobis dicã: qḋ qdaꝫ ḋ se sapiẽs dixit: Nemo lachꝛymis me decoꝛet nec funera fletu faxit. Is igiꝛ o socij mihi eiꝰ facta verbaqꝫ ꝯsiderãti: cuꝫ decederet e vita ꝑbeatꝰ maxime visus ẽ: siqs vnq̃ꝫ alter ita secure generoseqꝫ moꝛiebaꝛ: vt videreꝛ nõ sine diuina soꝛte ꝓficisci: nec ad moꝛtẽ ire: sed in celũ ꝑgere: vbi esset multis bonis ⁊ maximis fruiturus. Moꝛuꝫ ergo grã que memoꝛata sunt: iaꝫ ego nõ curãs rumoꝛes populi: ⁊ iperite multitudinis voces: sed finẽ vite ꝯsiderãs conaboꝛ reuera q̃ꝫ maxime potero bonꝰ religiosus viuẽ atqꝫ moꝛi. Hoꝛtoꝛ aũt atqꝫ inuito vos quantũ possuꝫ ⁊ reuoco ad huiusmodi vitã. Ea est.n. ad celos tuta breuis ac facilis via cuiꝰ in sinũ: vt vos ocius ꝯferatis: ac in eũdeꝫ trãquillitatis poꝛtũ: ex his grauissimis casibꝰ magna iaꝫ tẽpestate iactati ꝯfugiatis exhoꝛtoꝛ Si eniꝫ pleriqꝫ philosophi tñ humane sapientie studiũ contulerũt: vt, omnibꝰ rebꝰ posthabitis totos se ad exquirẽda nature secreta collocarent: et patria parentibꝰ: diuitijs despectis totã in eo studio curam operãqꝫ posuerũt: cur vos nõ pꝛo inani philosophia: sed ꝑ diuina nanciscẽda sapiẽtia que vobis sit imoꝛtalẽ gloꝛiã pitura nõ ista libẽtissime facietꝭ. Nec vlla vos debet religiõis terrere difficultas. Ipsa qppe ꝑ se satis facilis ẽ: cũ multos nobiles viros ⁊ in paterna domo: pꝛius in maximis delitijs enutritos in ea et diu viuere: ⁊ sanos ac letos durare videamꝰ. Que etiã si esset durioꝛ aspioꝛqꝫ q̃ꝫ sit certe graue illã estimare mĩme deberetis ꝓpter spem imoꝛtalitatis q̃ sequiꝛ: ꝓpter quã ꝯtẽnẽde res humane sunt patibiles ⁊ labores ⁊ doloꝛes putãdi: ⁊ si deus iusserit: moꝛs ipa ⁊ suscipienda ẽ ⁊ ferrenda. Nõne aĩaduertis quãtos laboꝛes hoĩes patianꝛ: vt ea sibi possint cõpare qbus hec vita breuissima cõmode valeat sustentari. Impiger extremos currit mercatoꝛ ad indos ꝑ mare pauperiẽ fugiẽs ꝑ saxa ꝑ ignes. Quid vero vos facere debetis vt acquiratis regna celoꝝ. Nõ enim putãdũ ẽ inmmã felicitatem sine laboꝛe vllo

posse constare. Sed cur longi us nostra vagatur oratio? Quid adhuc differo meũ vobis consiliũ reserare. Ego enim pedem vnũ vt dici solet in ipa religiõe teneo atq3 vti spero cras vesperi totu3 me religiosa vita tenebit q̃q̃ id sciat nemo pter priorẽ ac monasterij patres: nam q̃ secreto potui mea cõsilia cu3 illis habui resq3 ad hoc vsq3 deducta est: vt crastina die me in cetu recipiant suo. Nec vos velim vlla teneat admiratio si h̃ vobis ante nõ aperui cu3 mihi huiusce rei manifestatio iã primo piculũ fecisset. Uos tamen inuito ad hoc ipm ac puoco et si sapitis: vt non amplius differendũ putetis. Multa eni3 eẽ solẽt in dilatione picula: vt ego q̃q3 nup experiẽtia doctus perhibui testimoniũ. Tolle moras inqt ingeniosus poeta semper nocuit differre paratis. Perficiatis igit id qđ tantope nunc optare videmini: mecũq3 summo mane ad monasteriũ veniatis: vt vna illã beatã vitã viuere incipiamus: in qua mortem ipam minime formidabimus. Mortẽ enim q pie recteq3 vixerint confisi conscientie bono nõ metuunt quin sperant illa3 ad celum sibi ducem futuram. Sinamus opiniones hominũ nec penitus curemus eoru3 iudicia: qui vitiorum sordibus imbuti volunt de virtutib9 iudicare. Sicut enim floccipendenda sunt iudicia febricitantiu3 qui palatum atq3 lingua3 amaris refertam habent humoribus si velint vina mulsa vel cetera dulciora pocula iudicare: sic minimi estimandi sunt homines: quinpotius contemnẽdi qui scelerate viuentes obuoluti sordibus peccatorum audent de his ferre sententiam: qui ad frugem vite melioris emigrant. Contemnant l3 nos atq3 irrideant ⁊ si libet stultos vocitent ac per viciniam fabulas cantent modo ipsi pie religioseq3 viuamus. Ueniet enim veniet inq̃ illa dies: in qua et nostram maximam sapientia3 ⁊ illorum extremam dementiam deus ipe: non dicam vnius vrbis populo: sed orbi vniuerso faciet manifestam. Ea enim religio: ad quam nos aspirare videmur q̃q̃ cetere omnes diuino quodam spiritu a viris sanctissimis constitute sint nostris accomodatior institutis esse videtur. Omnes etatem nostram vsq3 in hanc diem cõsumpsimus in studijs litterarum: in quibus omnem operam cur ã diligẽtiãq3 posuim9

OMni custodia necessarium est cor custodiri: quia ꝯstat illꝺ multipliciter impugnari. In resistẽdo quoq̃ȝ necesse nobis est vt ibi simus in nostra custodia cautiores: vbi pugnas experimur hostium fortiores. Nam ꝛ diabolus ibi ponit frequentius temptationũ laqueos: vbi magis sentit nos incautos. Et ibi studet fortius nos debellare vbi nouit nos amplius egrotare. Par ꝛ concordia cunctis est laudabilis nisi contra vitia pugnaturo Qꝺ optime innuit vbi turris dauid edificata cum ppugnaculis decorata fuisse mille clipeis omniq̃ȝ armatura fortium memoratur. Unde ꝛ antiquo pplõ

propter exercitium preliandi iebuseus dimittit̄ ⁊ machabeis in sabbato pugnandi licētia tribuitur: vt q̄ʒ gratum deo sit bellum contra vitia declaret̄. Frēʒ illum diligēter recogitate: quē vidit senex coram se p̄ diuersaꝝ specieꝝ formatas imagines impugnari quas quia p̄ negligentiam nō repulit: cordis sui pulchritudinem in conspectu dei omnia cernētis: maculauit. Sʒ econtrario bene sibi frater ille tentatus cōsuluit qui vt magis obliuisceret̄ talium: mulierem sibi luteam figurauit. Ad innuendū custodiam cordis nostri cherubī flāmeo gladio ad viā ponit̄ paradisi. Studeam⁹ aūt maxime caput serpentis cōterrere hoc ē tentationū p̄ncipijs insistere: vt sic hostem dum est debilis opprimamus: vt nequitiam in semine destruam⁹ atq̄ʒ ad petraʒ: idest christū nostros paruulos allidamus. Ut si aduersarius noster sepius tentationibus examinet: ipsa freq̄ntia tedio non afficiat ne simus sicut lapides quos stille cadentes non violentia sed frequentia tandem cauant. Liquet hoc in patre quodam qui annis viginti tentat⁹ fortis athleta xp̄i persistit: sed postmodum vnius noctis spatio victus cessit.

De hūilitate. Cap'lm. xxxiiij.

Matrem virtutum humilitatem frēs carissimi libenter āplectamur quā ⁊ christ⁹ verbis docuit ⁊ exemplo. Nihilominus demonstrauit qui se mitem ⁊ humileʒ corde dixit. Scitis de quodā apud antiquos patres recipiēdo: ad ossa mortuoꝝ misso vt illis exhiberet ignominiā ⁊ honorem quatenus sicut hec ad vtrūq̄ʒ insensibilia cerneret: sic ⁊ ipse laudes vel vituperia nō curaret.

De his p̄ que humilitas habetur. Capitulum. xxxv.

Ad p̄fectam humilitatē istis gradib⁹ venietis si videlicet defect⁹ vestros cum dolore ac emēdationis proposito recolitis: si p̄priā excellentiaʒ ex corde fugitis: si contēpti non contēnitis: si vos vere mortuos mundo estimatis: si nulli nisi soli deo placere appetatis: nec vlli displicere nisi soli dn̄o deo timeat̄: si humana vob̄ p̄ntia nihil adijciat honestatis aut minuat solitudo: si vos inutiles non superficie verboꝝ p̄nuncietis: sed veraciter reputetis: si desideratis viles videri: si omne quod est cōtra cōmunē cursuʒ ordinis quod vos potest reddere notabiles declinatis: si singularem sensum re-

linquitis:si vosipsos in vestris ꝯscientijs accusatis ⁊ alios excusatis.

ℭ De signis humilitatis. Caplm. xxxvj.

SIgna sunt hūilitatis gratiā hoīuʒ negligē: sententijs alioꝝ acqescē: correctiones libent audire: caput inclinare: vestes notabiles ñ ferre: tortuosum incessum vitare: maioꝝ pcepta sine discussione pficere: equalibꝰ ad obseqa paratū eē: minores nō ꝯtemnere: simplici gradientes via nunꝙ̄ duplicatū aut fictiōis vestigiū pretendē: in litibꝰ nolle victoriam obtinere.

ℭ De vtilitate humilitatis. Cap. xxxvij.

VT humilitatis fructum noueritis agnoscite qꝛ cinis est v̄tutū: carbonē in feruore ꝯseruās: fundamētū spūale: edificiū ne cadat: sustentans: ⁊ scala ad celestia nos subleuās. Ipsa eni humilitas v̄tutes ceteras cōseruat: capiti nr̄o nos assimilat: actōes pulchritudine sua ornat. Hec est q̄ deo ē amabilis: ī seipsa laudabilis: ꝓximis exemplaris. Humilitas certe ē v̄tꝰ q̄ obtinet abūtia: stabilit pn̄tia: recupat iā amissa.

ℭ Quomodo quis humilis dꝫ apparere. Capitulum. xxxviij.

SI quis igitur humilis eē pfecte nitit: velut surduꝫ mutū: cecū: īmo quasi stultum exhibē ex intimis sese conetur: vt videlicet nihil audire nihil loq vel videre cupiat: qđ ipm a ꝓposito suo ꝓtrahat ⁊ a bono ꝓpter derisionē aliq̄tenꝰ nō recedat. Humilitatē q̄ꝫ perfecte qsqꝫ teneat sine fictiōe: vt sic vel illam exhibet forinsecus in ope: sic non deserat eā in corde. Non igit sitis sicut illi: qui humilitateꝫ diligunt sed ꝯtēni nolunt: qꝛ tales si humilitatem noscerent: nequaꝙ̄ illam in cōtēptu ꝓprie excellentie ꝯsistere dubitarent. In vestimentis seruetis tale mediū vt nec p̄ciositate sint notabilia: nec vilitate nimia deturpata. Superbia nonnūꝙ̄ de suo interitu cōualescit. Dum eniꝫ qs abijcere sese nitit de hoc ipse multotiens inanit gliat. Eodem modo cū pro xp̄o quis ieiunauerit: sepe vana glīa per hoc surgit. Uñ cum qdam frater quereret: cur magis ī cōgregatione q̄ꝫ in solitudine ieiunare posset: responsum est ei qꝛ digitus eū in monasterio pasceret: sed in sollitudine nullus ieiunij testis esset.

ℭ De nocumentis superbie. Cap. xxxix.

Documentū sup̄bie in h̄ ppendaꝛ ꝙ duo sunt in opib⁹ bonis: glīa vtiqꝫ ⁊ vtilitas q̄ꝛ p̄mū sibi de⁹ ꝭuauit ſꝫ reliquū nob̄ dedit. Uñ si dei ptē nobis retinē ꝯtenderim⁹: absqꝫ dubio ptē aliā amittem⁹. Sicut eni vent⁹ pulnerē p̄ijcit: sic vanitas virtutes dissipat et dispergit. Hoc eniꝫ certissime sciendū est ꝙ nunq̄ꝫ obedientie bonū nec patiētie virtus: nec p̄fectōis puritas obtinebiꝛ: si humilitatis synceritas amittatur.

¶ De conuersatione humilitatis. Caplm̄.xl.

Si igiꝛ humilitateꝫ diligitis p̄ hec que ꝯscripsimus illā ꝯseruetis si vꝫ in nobis pensaueritis facilitatē cadendi: difficultatē resurgēdi si cognitionē hr̄e studueritis p̄prie fragilitatis. ⁊ ꝯsideratiōeꝫ fr̄is alteri⁹ melioris: si sepe cogitaueritis mortē iminenteꝫ: si nihilomin⁹ dñm q̄ agitis attendītis intuentē. Si nihilomin⁹ ip̄m dñm vsqꝫ ad mortē turpissimā humiliatū pensaueritis si glīam ⁊ honorē q̄ sequūꝛ ignominiam ponderaueritis.

¶ De patientia. Caplm̄.xlj.

Deniqꝫ frēs mei v̄tutum clypeū: patientiā apphēdite: q̄ in sctīs dei mirabilia opaꝛ. Facit.n. ip̄a patiētia vincere puellā fragilē: totū mūdū imo siñ pugna vincit aduersariū: ⁊ amaritudinib⁹ mūdi pasciꝛ ⁊ ꝯtrijs delectaꝛ. Discipuli certe se dignos habitos iudicabant qꝛ p̄ xp̄i noīe cōtumelias sustinebāt. Si bñ ꝯsideram⁹ nō sunt ꝯdigne passiōes hui⁹ tp̄is quas sustinem⁹ ad magnitudinē xp̄i passionū nostrorūqꝫ delictoꝝ: ⁊ infernaliū tormentoꝝ atqꝫ celestiū p̄mioꝝ. Proinde letati sunt p̄res nr̄i p̄ dieb⁹ q̄b⁹ humiliauit eos deus: ⁊ ānis q̄bus viderunt mala: sicut aperte nobis pater noster dñicus ostēdit: q̄ loca insidiaꝝ trāsiens incessit alacriter ⁊ cantauit. Ideꝫ q̄ꝫ pater fuit in carcassione libētius q̄ꝫ tholose: qꝛ cepit ibi molestias hic honores. Exemplūꝫ patientie nobis exhibuit: q̄ dicebat nōne dissimulaui: nonne silui nōne quieui? Dissimulauit quidē foris p̄ opa: ne in patientie signū ostenderet. Tacuit aūt verbis inordinatis: ne vel ore dura v̄ba p̄ferret. Quieuit ī corde vl' ne seip̄m ītrisec⁹ turbaret

¶ De vtilitate patientie. Capitulum.xlij.

Patientia ē adamas quo mens incomodis non frāgitur: medicina per quam ab omni lesione curatur ⁊ clypeus quo ne ledi valeant:

cõmunitur. Ab alio certe ledi nõ poterimus: nisi prius cõtra nosmetipos intrinsecus dimicemus. Tribulatiõis fructũ ille nouit: q ꝑciũ iniuriãtibus erro gauit: hunc fructũ sacra scriptura satis innuit: vbi tribus pueris ignis in nullo nocuit: sꝫ vinculatos soluit. Idẽ ostẽdit artificiuꝫ. Nã lapis ad hoc tundit aut sculpit: vt ĩ solẽni loco postmodũ colloceť. Sic ꝛ nos ĩ mũdo ꝑmimur: vt in templo celestis patrie: vbi null9 sonat malleus collocemur. Nã gaudium tristicia ꝑcidit: qua vel ꝑ purgatiõe culpe vel ꝑfectiõe grẽ: vel augmẽto glorie nunc ferimur: o labor: o dolor: o beate lachrymẽ quas ab afflictoꝝ ocul' manus omnipotẽtis absterget. Celoꝝ regnũ eoꝝ dicit q ꝓpter iusticiã ꝑsecutionẽ patiunť. Cum ergo in ꝑsecutione duo sint: culpa videlicet ꝛ pena: meliorem ꝑtẽ hꝫ patiẽs cũ sit culpa ledentis: ꝛ tantũmodo pena sustinẽtis. Puritatẽ sue dilectiõis in nobis opˢ deus ex hoc ꝓbat ꝙ eos quos amat arguit et castigat. Hinc ẽ ꝙ in signum clemẽtie ab assuero rege ꝯtra hester aurea virga ostẽditur: qua nos eẽ ꝯsolãdos virga dñice correctõis figurať. Si suis dilectoribus tpaliter benefaceret: plures sibi nõ ꝓ se sed ꝓ donis poti9 adhererẽt. Fuerunt q dextera vtebanť: similiter ꝛ sinistra: quibus quid aliud dixerim: nisi ꝙ sicut ad meritũ vite cõuertebanť ꝓsꝑera sic ꝛ ꝑ aduersa: ĩmo vt verius talibus dicã nihil aduersum eẽ poterit: ꝓ qb9 aduersitas ipa militãs: semper cumulat merituꝫ ꝛ tandẽ ducit in gaudium. Patet ergo ꝙ homo patiẽs de felle fauũ mellis elicit: malũ in bonum cõuertit: amare quasi lac sugit: merorẽ ĩ felicitatis eterne gaudiũ mutabit: vsqꝫ ad tẽpus enim expectabit patiẽs: vt postea iocunditatis redditio subsequať. Certe peccãtes ad refrigeriuꝫ venire nõ poterimus: nisi hic ꝑ aquaꝫ tribulatiõis: vel tandẽ ꝑ ignem purgatorij trãseamus. Facilis ẽ aũt aque trãsitus q̃ꝫ ignis. Si aduersitatũ vtilitatẽ sciremus cõsiderare: vix in centũ annis dño possemus ꝓ infirmitatis vni9 beneficio respondere. Unde sapiẽter ille bon9 frater doluit plorãs: ꝙ cũ dñs qnto ãno per infirmitatis molestiam nõ visitauit.

¶ Qualis eẽ debet vera patientia. Capitulũ. xliiij.

Velim9 igitur bona agere ꝛ mala pati. Et si cordis trãqllitatẽ cupimus

habere: debemus non quod nobis fit: sed quod alijs irrogamus pondera re: ferre libētiꝰ iniurias q̄ȝ inferre: flagella dei sine murmuratiōe sustinere: ac iniurias ꝓximi sine rancoris odio tolerare. Exemplū nobis sumimus a dauid: q qn̄ cytharā tāgēdo tetigit in saule malū spm̄ mitigauit. Si penā ex culpa meremur doleamꝰ. Si aūt innocēter patimur: gaudeamus: qꝛ iocūdū ē cū xp̄o sustinere molestias innocēter q̄ȝ cū latrone pati iuste multoqȝ maioris glorie ꝓ laude diuina q̄ȝ pro meritis mala ferre. Sūt igiẗ agende gr̄e deo ꝓ ꝓsperis ꝛ ꝓ aduersis: sicut nō solū cātat diebus sed ꝛ noctibꝰ philomena. Sine querela tam actiue: q̄ȝ passiue vos seruetis fratres charissimi: vt nec querelas moueatis de alijs: nec de vobis cuiq̄ȝ tribuatis materiā q̄rulādi. De nullo nisi quod ꝓ xp̄o militatis: gaudeatis: nec de aliquo doleatis: nisi quod a cōditoris gr̄a elōgatis. Nam impatiētia ꝯtra peccatū tm̄ūmodo ē indulta. Hec enim dilectissimi thronū xp̄i ꝛ victoria ē vt cedant ledēti ꝛ indulgeāt ꝓsequenti. Sitis igiẗ frēs velut aromata que trite magis fragrāt: sicut auruȝ qd̄ fornax nō ꝯsumit sed examinat sicut granuȝ qd̄ a palea flagellū sepat: sicut nauis quā ventus nō īpedit: sed ad litꝰ agitat sicut gēma quā sculptura nō destruit sed decorat. Ad ꝑfectiam igiẗ patiētiā venire cupientes his gradibꝰ vtamur: vt videlicet malū ꝓ malo nunq̄ȝ reddamus: bono non resistamus: mala toleremus: iniuriantē placemus: bonū ꝓ malo repēdamus. Gaudēter iniurias suscipiamꝰ ad plus sustinēdū parati simꝰ in tribulatiōe: deo gr̄as referamꝰ aduersitates ꝓ dōno affectemus. Maxime v̄o valet ad sustinendū cōnitia si ad responsionē talionis sitis: nō faciles: ȝ immobiles velut muti: ꝛ quasi q hoc nō audierint vl̄ aduerterint sicut surdi.

¶ De malis impatientie Capitulum. xliiij.

Multa mala impatiētia operaẗ. Rōnis etenī oculū cecat sci spūs donum ꝯturbat: ac pacis dulcedine mētē ꝓuat. Hec diabolo cōparaẗ: qꝛ sic ille ignē vomit: sic īportunꝰ hō īpatiētie v̄ba fūdit. Jra enī febribꝰ silis ē: qꝛ nō solū animꝰ ȝ ꝛ corpꝰ ꝑ eā iordinatis motibꝰ cōmoueẗ. Jmmo dico irā febribꝰ peiorē: qꝛ cuȝ ꝑ febres hō vexeẗ semel vel bis ꝑ irā mltotiēs vno die agitaẗ. Cū aūt tribulatio sit q̄dā rasura: talis qs/

q̄z qñ p hūc mndū radit quiet⁹ sedeat: ne si sub rasorio īsolēter se moueat peius malū p īpatiē tiā īcurrat. Cuz detrahēti se qs vīdicauerit plus amittit: qz tribuit vestē īnocētie tollēti pallium bone fame. Siqs igitur a deo vindictā poscit: xp̄m deuz quodāmodo vltorē ⁊ iudicem sese facit. Quid de ira dicam? Per irā cor accendit sive palpitat: os in clamorem format: sensus qd loquat ignorat: cecant oculi nō cognoscunt moti: facies ignescit: ligua impedit: cor tremit.

C Q̄r in quibusdam patiēti deformat. Capitulum. xlv.

SUnt aūt qdā q patiēti ani: nō ex pprijs: sed ex virtutib⁹ ɔcipiunt alienis: q volūt tūc solūmodo eē patiētes: cū nō fuerint ab alijs irritati. Sūt ⁊ alij q foris iniurias dissimulāt q rācorē interi⁹ tm̄ seruāt. Hoꝝ patientia ē sicut sotularis nō vnct⁹ q ab exteriori qdē lesiōe pedē defendit: sz intrinsec⁹ pedē rūpit. Isti sunt lupis siles q plagas in pelle foris bñ sustinēt ⁊ vulnera: sz corruptiōis ɔcipiūt faciliter in interiorib⁹ detrimēta. Sūt item alij q pprias iniurias studiose vindicāt: sed iniurias dei psequ min⁹ curāt nō aduertētes aliaz p zelū: aliā p vitiū irā eē: prima ɔtra iniuriā dei: scda ɔtra iniuriam ppriā cōmouet. Et illa est grē: ista culpe: illa p̄miū: ista importat penā. Sz cauēdū est valde: ne tm̄ anim⁹ p irā turbet: vt qd vitio furoris agit fieri p zelū rectitudinis estimet. Interdū. n. vitia v̄tutib⁹ se palliant ⁊ act⁹ q pn̄t fieri meritorie: reddūt noxios ac deprauāt. Sic fit nōnunq̄ vt i correctiōe fraterna: ira charitatē excecat: cū poti⁹ e cōtrario charitas irā debeat excecare. Sūt ⁊ alij q psonis ⁊ nō vitijs irascunt. Nos aūt si charitatis ordinē īspicim⁹ hoc videm⁹ q̄ ē diligēda nā quam de⁹ ɔdidit: ⁊ detestāda sunt crimina q̄ qs ex īstinctu pprio vl' certe diaboli ppetrauit. Possum⁹ īterdū hoi: nō ex rācore irasci: ⁊ p bono suo corpe cupe malū pene. Cuz qs ex sanitate corporis vel affluētia diuitiaꝝ vel alijs ex gratijs extollit: aut peccatis alijs iplicat: vt sibi bona sbtrahant hui⁹ bñ possum⁹ ⁊ rōnabilr exoptare: vt deficiēte cā deficiat ⁊ effect⁹ siue desinat.

C Qualiter patientia acquiratur. Capitulum. xlvj.

UT aūt iocūdi⁹ nobis aduersantia sustinere possum⁹: studeam⁹ hoc solicite possidere: videlicet memo

riā passionis dñice: ꝯsideratio nē retributionis diuine: ac dulcedinē dñice charitatis. Pēsemus ⁊ nr̄a mala merita deniqꝫ bn̄ficia: penam purgatorij q̄ nobis ꝑ tribulationē diminuit: et pctm̄ qd dimittit: ⁊ gr̄az q̄ ꝓficitur: ⁊ dei gloriā ad quā ordinamur: ꝓmium qd augetur atqꝫ cautelā q̄ ꝑ hāc nō modicū erudimur. Sz laborādū nobis ē ne ꝑ ipaz nobis ꝯtingat qn̄qꝫ penaz incurrere vn̄ possemus ⁊ gloriaz expectare. Uidemus. n. q ꝑ eq̄lē motū pigmētū videlicet fragrat ⁊ lutuz fetet: ⁊ q in eodem igne aurum rutilat ⁊ fenū fumat. Certe tribulatio calcar ē ad boni opis feruorē: pigritiā vo excitās nostrā: ⁊ vētus ad portum glorie nos ipellēs. Ceterum cum iniuriose molestamur: citius in nobis rācorē extinguimus si per dissimulationez ꝓmos motus reprimamus. Est. n. ire natura q signis exterioribus ꝓlata crescit sed occulta minuitur ⁊ lāguescit.

¶ De ordinatiōe hominis quo ad deū. Caplm. xlvij.

Omni nisu vos exhibete laudabiles frēs mei: corā deo synceros mentis puritate: ⁊ coram hoibus decenter discipline. Exhibete vos semꝑ in tali seruitio timoratos solicitos et deuotos. Solicite deo placita inuestigate ⁊ ardēter ea cōcupiscite ac iplete. In charitate ⁊ ex charitate cuncta facere satagite: vt ⁊ deo largiēte habeatis charitatis habituz ⁊ ꝑ vestrū studiū eius motum. Si enim vnuz istorum in vestris actiōibus defuerit: nequaq̄ apd deū meritoriū opus erit. Id ergo qd in vsum venerit: deuote ad deū referte: ⁊ ei ꝓpter seipz ꝑ amorē infatigabiliter inherete. Uia vobis sit ad deū tam ꝓspera q̄ aduersa: vt in sucessibus cum gratiarum actione sitis humiles: ⁊ in contrarijs patientes. De nullo gaudeatis nisi q xp̄o militetis: nec de aliq̄ doleatis: nisi q ab eius gratia vos elongatis. Soli deo placere appetatis sibimet solūmodo displicere timeatis. Sola vobis ea que deo iungunt dulcescant: sola que sibi ꝯtraria amarescant. Totam vitam vestram ad dei gloriam ordinate: semꝑ illi de bn̄ficijs suis gratias agite: ⁊ quicquid ad laudem eius non pertinet quasi amissum penitus reputate: vilescant vobis omnia preter deum: nec queratis aliquid in transitorijs qd ē ꝯtra deū. Affectetis oē tristabile qd ordinat vos ad deuz. Sit vobis deus honor ⁊ gaudiū i merore solatiuz: ⁊ in tribulatione

defensio:sit vobis cibus in ieiu
nio in paupertate abundantia
in infirmitate saluberrima me
dicina. Quapropter si esuritis
ille vobis sit conuiuium: si siti/
tis ille vobis sit vinum cdituz
si nudi:sit ipse vestitutus:si infir
mi sit ipse medicus:si vigilatis
sit ille lectus: si fatigati ex itinẽ
sit quies: ⁊ vmbraculum vobis
ipse. Sit inquã deus cordis vr̃i
sp culũ q̃ vos ornetis:sit fons q
vos lauet:sit panis qui vos con
fortet:electuariuz qd vos sanet
sit clauis que corda vestra sibi
aperiat mũdo claudat. Et si vi/
res corporis deficiant semp tñ
in obsequio cõditoris:bone vo
luntatis desideria inardescãt.
Diligite qd diligit de⁹: ⁊ odite
tm̃modo quod odit. Quãtum
est in vobis semp studeatis ha
bere intellectum deum cogno/
scentem:affectum deum diligẽ
tem:diligentiam ipsum querẽ/
tem:sapientiam ipsum inueni/
entem:cõuersationẽ sibi placen
tem:perseuerantiã ipm fiducia
liter expectantem. Quid plura
fratres. Adoremus dei poten/
tiam:miremur sapientiaz: ame
mus clementiaz: desideremus
pulchritudinez:alliciamur per
dulcedinem veneremur eterni
tatem:imitemur humilitatem:
magnitudinem inquiramus p
fectionem laudemus misericor
diam speremus:iusticiam eius
timeamus.

¶ De ordinatiõe hoĩs quoad
seipsum. Caplm.xlviij.

Corpus vobis solũmõ
sit in mũdo: sed anim⁹
sit in celo. Intantũ men
tes vestre sint intente superius
vt presentia velut trãsacta q̃dã
modo reputetis. Mundus sit
vobis exiliũ ⁊ patria vestra ce/
lum. Frequenter ad deum cor
dirigite propter familiaritatis
eius amicitiam subintrandam
licet hoc ipsum fiat breuiter: et
propter accidiam remouendã
Studijs spiritualibus vos pau
latim assuefacite. Oratõis vsuz
vobis facite ⁊ impmite: nec m̃
tãq̃z ex ↄsuetudine sed ex deuo
tionis dulcedine adimplete.
Oratiões furtiuas querite. Il/
lis quoqz orationibus libenti⁹
insistite que affectum vestrũ ad
feruorem magis videant exci/
tare. Uidete nedũ corpus sit in
choro:anim⁹ sit in foro. Exñtes
in itinere sic vos exhibeatis bo
no mõ socijs affabiles:ne ipa so
cietas ab orationũ ↄsuetaz fru/
ctu faciat inanes. Quotidie ma
ne surgentes cũcta que facturi
estis deo offeratis. Finito die
de cõmissis illa die vobisipsis
caplm teneatis: ↄuocatis cogi

tationibus locutionibus ⁊ opa tionib⁹. In lectiõe studeatis intellectu ꝓficere ⁊ effectu. Sic illa bona q̄ ex affectu qñq3 facienda cõcipitis facite: ne ꝓpť illam bonũ obediẽtie vel id ad quod tenemini negligatis. Et breviť vt supremo bono coniungi valeatis sitis ab omniũ negocioꝝ secularĩũ strepitu exuti a vanitatibus speculatoꝝ pñtium auulsi a cũctis infructuosis cogitationibus extranei: ⁊ mũdi blandimentis ac illecebris crucifixi.

¶ De ordinatiõe hoĩs quo ad proximum. Caplm. xlix.

In omni actu frẽs carissimi studete vobis ꝓficere ad meritũ: ⁊ primis ad exẽplũ. Circa seruitia fraterna sitis iocũdi: spontanei ⁊ parati nec vlli sitis ꝓpť vsum ꝓprĳ corporis onerosi. Grãm quã accepistis alĳs libẽter impendatis Id qđ deest ab hñtib⁹ humiliť regratis. Delictũ fraternũ non indignatio: s3 cõpassio ꝓsequať Accusate ꝓprios defectus ⁊ supportate humiliter alienos semper cogitãtes vos ꝑpetrare potuisse silia ⁊ maiora nisi diuina vos mĩa custodisse. Et certe l3 nõ aduertatis ideo forsitã ĩ maioribus defectib⁹ laboratis in q bus ⁊ vos ĩdigetis ab alĳs supportari. Hẽt enĩ fructus q̄libet vermẽ suũ. Monete delinquẽtes humiliter ⁊ arguite patienter. Pacem cũ oĩb⁹ ⁊ bellũ cum vitĳs habete. In oĩ bono seruate ꝯcordiã ⁊ non in malo. Fr̃is iracũdiã sine ratiõe etiã ꝯ vos cõceptã: ꝯsideretis compescere sicut vestrã. Quelibet transitoria: fraterne postponite charitati. Sic hoĩes diligatis vt eoꝝ vitia nõ ametis. Et dilectio debetur hoĩbus ƀm meritũ: sed veneratio ƀm offĩm ⁊ etatẽ. Debetis igitur plus honorare supiores: sed plus diligere meliores prelatis obedientiã: equalibus cõcordiam: meliorib⁹ bñficium exhibete. Contendite maiorib⁹ p timorẽ subĳci: equalib⁹ p charitatẽ obseq: sed p humilitatem mĩorib⁹ coequari. Sitis ṗcipiẽtib⁹ parati: obediẽtib⁹ modesti maledicentibus taciti: laudantibus verecundi. Negligentes ⁊ reprehensiõe dignos ita caute declinate vt ipsos ṗsumptuose nõ iudicetis: ⁊ t͞n ea que faciunt fugiatis. Quoscũq3 feruentiores in bono cernitis eoꝝ familiaritatẽ auidius appetatis Quãlibet virtutem velut apis semp a meliorib⁹ deflorate nec qđ min⁹: q̄s hẽat: sed qđ v̄tutis possideat cogitate. Uniuersa v̄o q̄ videritis min⁹ edificatõis hñtia: velut ceci ⁊ q penit⁹ ƀ nõ

viderint transeatis. Nunq̃ȝ eni eoꝝ q̃ male agũt auctoritate vl' cõsuetudine aīmati vel exẽplo id qđ deterius ẽst faciatis.

¶ Qr p̃lati debẽt esse spe/ culum subditoꝝ. Capl'm. l.

AD vos aũt spectat o p̃re lati speculũ subditoꝝ eẽ dominiũ nõ amare: nũq̃ȝ impare: sine ꝯtumelia corri/ gere: sine supbia gubnare: sine crudelitate castigare: cũ chari/ tate fouere: Venerationẽȝ nõ exi gere: equalitatẽ seruare: culpas ꝑpter timorẽ vel amorẽ nõ dis siml'are: ex rancore vel odio nõ punire: i penis mĩam cũ iusti/ cia tẽpare: cõi alioꝝ victu ⁊ ve/ stitu ꝯtenti esse. Ad bonũ mone re nec morib⁹ ꝯtradicere: v̄bo exẽplo p̃esse p̃ro diuersitate cul parũ ⁊ p̃sonarũ nunc vinũ nũc oleũ exhibere: sic p̄tãte: sic v̄tu te ceteros p̃cellere nõ solũ p̃re esse sȝ ꝓdesse. Circa interiora ⁊ exteriora solicitudinẽȝ habere spũalia ⁊ tpalia ꝓinde dispensa re. Que sunt ꝯtra ordinẽ nõ di/ spensare rationabiles licentias nõ negare. Curis supfluis se sb trahere sed necessarijs non de esse. Cuȝ his qui in lenitate am bulat nolle misceri: maturitatẽ honestã apprehẽdere: prelatu/ ram pro libertate vel cõmodo non tenere: amare cõmunia: su/ pflua non appetere: contra ho/ nestatẽ nõ acq̃rere: de redden da rõne cõtinue cogitare. Ad vos inq̃ȝ spectat o p̃lati esse in actione ꝓuidos: in ꝯtẽplatione suspẽsos: i ꝯuersatiõe hũiles: in dictis veraces in factis stabiles in regimĩe fideles: vobis esse p̃ cos: sȝ alijs liberales in capitul' strenuos extra pios rebellibus esse p̄res: hũilib⁹ esse m̄res. Sic igit̃ vos habeatis ad subditos vt parati sitis semp̃ infirmis sb uenire: sanos ad bonũ stimula/ re: tẽptatos ꝯfortare: peccãtes corripere: deuotos diligere pi/ gros excitare indiscrete feruẽ/ tes retrahere: religiosos ad ex teriora mittere: dissolutos in domo tenere: seniores ĩ dubijs ꝯsulẽ: mi̇ores sȝ regulã nutrire simplices non contẽnere: pre/ sumptuusos iclinare: turbatos consolari omnesq̃ȝ vobis comis sos dñō cõmendare.

¶ De dispensatione ho/ minis in se quo ad disposi tionẽȝ cordis. Capitulũ. lj.

VT p̃fectius possitis frẽs charissimi finẽ attigere quẽ intẽditis: ad qd mũ dũ reliquẽtes veneritis. cogita te sollicite. Volũtates v̄ras frã/ gite ⁊ mũdo vos mortuos esti/ mate. De cordib⁹ v̄ris abijcite curiosas cogitatiões indignas

affectiões: sinistras intẽtiones violẽtas occupatiões: tristiciã inutilẽ puatũ amorẽ ⁊ sensum vtiqꝫ singularẽ. Illud corã ocul' dei cogitare ptimescite: qd in p̄sentia hoiũ erubescitis opib⁹ exercẽ. Conet igit qſqꝫ cor habere: qd sit q̄si ortus arboribus v̄tutũ virẽs vt apotecha scãꝝ affectionũ aromatibus redolẽs: vt celũ diuinaꝝ illuminationũ syderib⁹ fulgẽs vt flos supnum rorẽ suscipiẽs. vt archa thesauꝝ mirificũ in se claudens vt fons deuotiõis riuulos semp manãs vt speculũ dñicã imaginẽ repñtans. O btm̄ cor qd exhibet se soliũ in q̊ deus sedeat: thalamũ in quo qescat: sigillũ cui silitudinẽ suã iprimat: cellariũ qd vino suo ipleat: librũ in quo memoriam suã scribat: auꝝ qd p bñplacito suo flectat. Conet iteꝝ atqꝫ iteꝝ qſqꝫ cor habere deo deuotũ: cogitationib⁹ discretũ: in tentationib⁹ cautũ: a rancore extraneũ: a iudicijs alienũ: desiderio eternoꝝ lãguidũ: amore vulneratũ cogitatiõe fulgidũ: in opibus timoratũ: ꝯtemplatione eleuatum in bono sollicitum: contritione scissum: mundicia sanctũ tiore custoditũ ⁊ grã ꝺcoratum. Deniqꝫ diligentissime studeamus fratres vt toto corde recedamus a peccato detestãdo culpam: toto corde conuertamur ad deum agendo penitentiã ⁊ toto corde queramus dñm supplicando veniam: toto corde adhereamus dño ipsum super omnia diligẽtes: toto corde seruiamus domino ipsum laudãtes toto corde sequamur ipsius semitas imitantes. Ista dño merito debemus qui beneficia prestat innumera cordi nostro. Ipse nãqꝫ deus corda nostra illustrat sapientia gubernat: bonitate ditat: dulcedine cibat: pulchritudine imutat: potẽtia iuuat ⁊ charitate vnit: promissis allicit: flagellis erudit: cõminatione concutit: ac beneficijs emollit. Ipse deus dulcissimus corda nostra ĩtuetur probando: alloquitur informando tangit excitando visitat consulando viuificat iustificando et aperit irradiando. de quibus omnibus gratiarum actiones nobis sibi referre conuenit indefesse.

¶ De dispositione hominis in se: quo ad ordinationem oris. Capitulũ. lij.

NUnqꝫ supersileat loquẽda vel proferat tacenda. Quando vero loqui proponit quis: ipsa verba prius in animo tẽpet quatenus modeste: veraciter. et dulciter

quod voluerit id pponat. Lingua eni mendax dupliciter elata vl' inflāmata deo est ꝛ hoib⁹ odiosa. Diligenter igitur charissimi respicite quid vel qbus qñ vel vbi qualiter vel quantū vel certe qua de causa loquamini ĩ smonib⁹ vestris si debite circūstātie defuerit generet mala ꝯsciētia in cordib⁹ ppriꝭ vel certe scandalū in aīo auditorum. Hec aūt tria vꝫ gestū vocē significationē in vřis loquutionib⁹ attēdatis ita vt gestus sint disciplinati: vox lenis: significatio semp vera. Uerbis nolite cōtēdere: sꝫ nec in litibus victoriā curetis obtinere. Uitanda sunt semp vba que vel loquētib⁹ vel audiētib⁹ sunt nociua. Ab illis loquutionib⁹ est abstinēdū que vel illius q loquit vel eius cui loquitur vel illius de quo loquitur nō ꝯueniūt honestati. Tempus loquēdi ꝯsiderandū est qꝛ qñqꝫ nihil qñqꝫ aliqd dicendū est. Sed nullū tēpus inuenitur qñ mala vel etiā bona oīa sint pferenda. Aliqñ eni tacere debemus ppterea qꝛ alter loq cepit ne smonē eius interrūpere videamur. Aliqñ tacendū est ppt auditoꝝ aīos: qñ ad id qd dicere pponimus aduertimus ipatos. Aliqñ tacendum est ppter multiloquiū deuitandum: vel etiam ppterea quia ipsi qui sumus loquuturi nūdū formā cōgruā ꝯcepimus pponēdi. Senes loquant de discretione cōsulēdi: Juuenes de instātia operādi: sapiētes de mysterio scripturaꝝ: simplices de exēplis bonoꝝ opum: hi qui exteriora tractant de sollitudine vite actiue Qui quietā vitā ducunt de dulcedine vite cotēplatiue: plati de dispensatione tpaliū ꝛ spūaliuꝫ subditi de obediētia pceptoꝝ. Cum igit ad edificationē nřaꝫ loqui volum⁹ ad hoc illos quorum doctrina possumus ad virtutē puehi: eligamus. Cum vo ppter alioꝝ edificationē loquimur ad illos quos speram⁹ nostra exhortatione corrigi: ꝯuertamur Ad hoc aūt doctrina nřa intēdat vt hortemur ad ꝯstantiā timidos: ad timorē supbos ad getem ĩportunos: ad feruorem tepidos: ad silentiū verbosos: ad verbū exhortationis tacitos: ad mansuetudinē ĩpatiētes: ad vigllātiā negligētes: ad indulgentiam crudeles ad verecūdiā pcipites ꝛ pcaces. Hoc est sollicite ꝯsiderandū qd frater habeat ꝯuersatiōnē sibi placentē: pseuerantiā ipm fiducialiter expectantem. Quid plura frēs? Admiremur dei potentiā miremur pulchritudinē alicia

mur per dulcedinē: veneremur eternitatē. Cauendū est insup ne, frater in loquendo membra inordinate moueat neq3 oculorū nutib9 nec vultus trāsforma tione vel trāsmutatione hmōis sui grām decoloret. Deuitetis itaq3 verbū amar sup̄bum: detractoriū: adulatoriū: iuratoriū: sup̄fluū: ociosum. Sicut aūt absenti nō debetis detrahere: sic nec p̄ntem aliquatenus deride re. Insipiētibus non debetis illudere: nec sapiētibus inuidere. Sicut muti in ociosis: s3 loquaces infructuosis: in hmōib9 v̄ris non cor in lingua s3 linguam in corde potius teneatis. Sane cū ad loquendū veneritis pauca verba rōnabilia p̄feratis. Taciturnitatē ametis ⁊ tumultū hominū fugiatis: per silentiū nāq3 ↄ̄scientia huatur. ⁊ mens p ↄ̄tēplationē expeditius euellatur. Quāto enim plus a negotiorū strepitu vos subtrahitis: tanto deus vicinior erit vobis.

De exercitio bonorū operum. Capittulum .lij.

His virtutibus frēs charissimi pollē satagite: q̄ specialiter ptinēt ad regularis obseruantiā disciplinē q̄les sunt abdicatio p̄prietatis cū obedientie bono ad mundiciā castitatis. Et qm̄ p votū religionis ad magna vos ligastis magna q̄q3 in opib9 demōstretis. Multo nāq3 melius est in minoribus p̄missionibus esse deuotū: q̄3 in maioribus negligentē. Uestrū ordinē seruetis opere: sed oēs alios charitate. Quottidie in aliquo virtutis exercitio p̄ficite: ⁊ in bonū conemini sollicite laborare. Nauis eni q̄ cōtra ictū fluuij ducit retrocedit nisi sursum cū magno labore ↄ̄tinuo moueat. Scōm statū in quo de9 vos posuit: meliora semp que ad illū ptinent adiplete. Habeatis ī penitētia vitā in desiderio v̄o mortē. Disciplinā extra huate: ↄ̄scientiam interius expurgate. Subtiliter inuestigate mala p̄pria: ⁊ digne corrigere īdagata. Cōmunē rep̄hensionē audiētes nō illā ad alios sed ad vosipos humiliter retorquete. Quia certi estis de pp̄etrata clpa doleatis s3 q2 īcerti estis de venia timeatis. In oīb9 actiōib9 v̄ris extrema fugite ⁊ semp ī medio vos tenete. Uñ tali moderamīe carnē ↄ̄strīgite: q̄si centū anni victuri: sed vitia sic fugite quasi crastio morituri. Circa seruitia fraterna sitis prōpti: nec vlli circa vsū p̄prij corporis onerosi. Estote frēs humiles sine fictione: maturi sine pōderositate: agiles sine leuitate:

timētes sine desperatiōe: spantes sine psumptiōe: obediētes sine ɔtradictione: hylares sine disso lutiōe: patiētes sine murmure. Estote inq̄ʒ cōpositi ad moꝝ di sciplinam: pij a miaʒ: īmobiles ad ɔstātiā: in orone deuoti: ⁊ in vestra custodia circūspecti. Cu rate mala p̄terita plāgere: psen tia mala spernite: futura cauete in bono finalit̄ pdurate. Quis nihil honestatis humana pn̄tia vobis debeat adijcere vel soli/ tudo diminuere: tn̄ ibi magis suate disciplinā vbi vel plurib⁹ gn̄at scandalū neglecta: vel for mā imitatiōis tribuit custodi/ ta. Noctem ordinetis silētio ⁊ oroni: diē vo bonis exercitijs ⁊ labori. Diē detis pxio: noctem deo: laboris cāʒ: nā laborē in la bore cogitate: In bonis fortes estote: sʒ ī malis vos debiles ex hibete. In agēdis vo talē ordi nationē q̄ ad oēs ⁊ singl'os obs uetis: vt videlicet sit ī plātis di ligētia: ī sbditl obediētia: ī oīb⁹ sil' pax ⁊ ɔcordia: ī choro deuo/ tio ⁊ disciplīa: iux̄ altare matu/ ritas ⁊ reuerētia. Deuoti sint se nes: laboriosi sint iuuenes. Sit hūilitas ī hitu: pcitas ī victu: so brietas ī potu. Sit ī claustro n̄ rumor: sʒ lectio: ī caplo nō lis: sʒ ɔfessio. Et ītētio fratꝝ nō vset ī caus sʒ ī psalmis. In ɔuentu q̄ʒ sint assidui: ad curias vo rari.

¶ De exercitijs vtutū. Ca. liiij.

Sicut spectat ad iusticiā opatio boni: sic declina tio q̄ʒ mali. Quapropt laudabilr viuatis: nec tn̄ laudē hoīuʒ appetatis. Nō gliemini d mltis dieb⁹ qb⁹ ī religiōe diu vixistis: sed de paucis: qb⁹ ordi nē obsuastis: hypocrisim fugia tis: ⁊ ī veritate corā deo ambu letis: sic̄ ⁊ ī vestimētis ouiū fo/ rinsecus apparetis. Nimis. n. paꝝ ē ī igressu religiōis tm̄ ha bitū mutare: sʒ mores ⁊ vitam laudabile ē. Igit̄ simplici ɔdiē tes via nunq̄ʒ duplicatis: aut fi ctiōis vestigiū p̄tēdatis. Quic qd ɔ̄ cōeʒ vsū est vl' qd vos pōt reddē notabiles id fugite qua/ si pestē. Justiciā nūq̄ʒ deseratis pp verecūdiā vel timorē. Disso lutōes n̄ faciatis: nec vos cū eis q ī leuitate ābulāt cōmisceatis. Studete visuʒ a vanitate: aures a rumorib⁹: cor a mal' cogitatiōi b⁹ claudē: ⁊ līguā a hmōib⁹ ocio sis: man⁹ a ɔtactib⁹ ipudicis pe des ab euagatiōib⁹ cohibē. Ab oī deniq̄ʒ vos sbtrahite: qd ī cō ditoris possʒ vos obsequijs ipe dire Otia dclinetis: ne cellas ī utilr occupetl. crebra munuscu la: freq̄ntēq̄ʒ missionē ciguloꝝ ⁊ cultelloꝝ ⁊ hmōi duitetl. No lite nō fienda sapienter appetē

ant facienda p accidiam fasti/
dire. Diligētissime caueatis ne
qn̄ in labore minus patientes:
vel inobedientia pceptorꝝ mi/
nus alacres: vel in opibꝰ chari/
tatis inueniamini negligentes
In certo statu ⁊ certa ꝯscientia
vos ponatis nunq̄ꝫ etiā in illo
statu viuere p̄sumatis: in q̄ mo
riendo discedere non velletis.
Excessuꝫ in habitu caueatis: ne
vestimenta vestra sint in genē
preciosa: vel in qualitate minꝰ
mollia: vel in colore splēdentia
vel in formatiōe signum hn̄tia
vanitatis. Gestum q̊ꝫ corporis
vbiqꝫ cum distinctione disciplи
ne exerceatis: sic vbiqꝫ vt singu
la membra suū teneant officiuꝫ
nec vsurpent in suis actibꝰ alie/
nū. Unde nec loquat̄ manꝰ nec
os audiet nec oculus offm̄ lin/
gue sibi sumat: sed vnūquodqꝫ
membrū tam decenter opꝰ suū
impleat quatenus aspectus in/
tuentiū nō offendat. Facies hu
mana cuꝫ sit speculū discipline
intantū maiori custodia est ha
benda: quāto minus pōt abscō/
di si qͦd pctm̄ in ea fuerit vel ce
lari. Discursus inutiles semper
caueatis diligenter. Nam sicut
de inconstātia mentis nascit̄ ī/
ordinata motio corpis: sic econ
trario mens paulatim regem ī
ponit qn̄ motus corporis inor
dinate fluere nō finit̄: corpꝰ nō
colatis: nec solatijs transitorijs
hereatis. Terrene nāqꝫ delecta
tiones iocūdant false dū sunt: ⁊
ꝯtristant veracit̄ postq̄ꝫ nō sūt.
Hoc q̊ꝫ specialr̄ attendendū ꝙ
sicut malū opus qn̄qꝫ est lauda
bile: sic ⁊ bonū opus reprehēdi
tur quodāmodo si non fit tēpo
re oportuno. Justicia. n. ⁊ veri/
tas nō semp deficiūt: qn̄ tp̄s de/
bitū ī his expectat̄. Fructꝰ nāqꝫ
nō puenit cū semen iacit̄: ſꝫ tūc
demū qn̄ suo tpe seminatur.

De temperantia seruanda ī cibo ⁊ potu. Capl'm .lv.

Corpꝰ vt seruiat nutria
tur et ne lasciuiet ordi/
net̄. Sic abstinētiā exer
ceatis ne postea comedētes ip
sū ieiuniū supfluitate nimia cō
pensetis. Nō sapor ciborꝝ: ſꝫ fa/
mes comedendi vob̄ excitet ap
petitū. In mensa studeatis ne/
cessitati puidē: nō appetitui. Ca
ro etenī ē pascēda: ſꝫ vitia extin
guēda. Un̄ corpi nō sūt dāda su
pflua neqꝫ neccīa subtrahenda.
Cū igit̄ sufficientē cibū sūpsistis
si postmodū delicatiora vel me
liora supueniūt: nō ppt̄ illa sto/
machū oneretis. Et qͦd de cibo
diximꝰ de potu q̊ꝫ ac somno ⁊ ī
dumēto: alijs q̊ꝫ corpis necessa
rijs intelligat̄: vt nunq̄ꝫ in illis
curetis voluptati satisfacē ſꝫ ne

cessitati nature. Illud etiā pre/tereūdū nō est q̄ ante sumptuz cibū magis hylares eē cōuenit ne videamur ꝓpter abstinētiā turbati: postea v̄o tacitos ⁊ modestos ne putemur in crapula inflāmati. Ante prādiuz tēpus ē doctrine ⁊ orōnis: postmodū aūt opis ⁊ laboris. Tūc eniz exercēdus ē animus qñ ad studium spūale leuis ē. Et tunc reprimēda ē caro: qñ calores incētiui p̄ cibū solēt ampliꝰ excitari.

¶ De venialibus vitandis. Capitulum lvj.

Sicut libēter vitatis pctā grauia: sic cauete fratres ne multa vos molestent venialia vel leuia. Sepe eteniz de peccatis minimis venit̄ ad maiora: sicut ignis calidus nō/nunq̄z surgit modica de scintilla. Uitanda sunt igitur peccata venialia: q2 nos nos in malis assuescūnt ⁊ feruorē charitatis diminuūt: animā maculant: ad penā obligāt: aīe potestatez in operibus suis lassant: ⁊ a gloria nos retardant. Nunq̄z enim a quocūq3 facies dei videbit̄: donec p̄ venialiū penitētiam vltimus quadrans p̄soluatur. Hec sunt quoq3 que gaudiuz celeste nobis indirecte minuunt: quia opa bona nostra p̄ que crescere nobis posset eternoꝝ cumulus p̄miorꝝ cōuertere nos oportet ad solutionē huiusmodi debitorum. Curemus ergo p̄ oēs de/clinatiōes eē potius inocentes q̄z cōmittētes: etiam culpas le/uissimas penitēntes.

¶ Exhortatio bona ⁊ finis epistole. Capitulū. lvij.

Ecce frēs charissimi q̄liter ī multis vos īstruxi q2 ⁊ ip̄e indigeo erudiri. In loco p̄egrinatiōis nostre q̄z diu prauū ē corꝫ hoīs p̄cliuuz ad vitia: languidū ad virtutē: mutuis exhortationibꝰ indigemus. Hinc est q̄ omni virtute vos precor ꝯtestās: vt p̄ eū qui suo reuerendo sanguine nos redemit: ⁊ ad vitam pia morte re reparauit: vestre ꝓfessionis vestriq3 propositi nō imemores: semitaꝝ memineritis antiquarū p̄ quas antecessores nr̄i currere festinarūt in spū vehemē/ti: ⁊ iā regnat cū xp̄o p̄petua requie ꝯsolādi. Ad quā ⁊ nos cuz diuina suffragāte gr̄a p̄ueneri mus erit animabus nostris cognitio pure veritatis: dilectio sūme bonitatis: ac diuine frui/tio maiestatis. Erit ⁊ corpori/bus nostris claritatis pulchri/tudo: agilitatis promptitudo: subtilitatis aptitudo: ⁊ īpassibilitatis inuictissima fortitudo. Ibi erit affluentia diuitiaꝝ: in

fluentia bonoꝝ omnium ⁊ honoꝝ. Ibi: gaudebimus supra nos de diuina intuitiōe: infra nos de loci amenitate: intra nos de corporis ⁊ anime glorificatiōe iuxta nos de societate angeloꝝ ⁊ hominum vnitate. Quid plura? Ibi euasio periculorum: distinctio mansionū: ꝯcordia volūtatū. Ibi amenitas vernalis candor lucis estiualis: vbertas autūnalis: ⁊ requies hyemalis Ibi inq̄ʒ vita sine morte: certuʒ sine sorte: dies sine nocte: libertas sine timore: gaudium sine merore: requies sine labore: regalis dn̄atio sine fine. Hec vobis pstare digneť q est principiū sine principio ⁊ finis omnium sine fine. Amen.

¶ Incipiunt predicte epistole. Capitula.

¶ Incipit tractatus de veris et falsis virtutibus reverendi patris fratris Umberti magistri ordinis. Prologus.



Sunt quedam vitia que frequenter virtutem pretendunt: ut cum vere sint vitia: credimur esse virtutes sicut severitas putatur esse iusticia: amaritudo mentis maturitas: et loquacitas dicitur affabilitas: dissolutio mentis leticia: et pigritia sive inordinata tristicia indicatur morum gravitas: tepor discretio: ornatus superfluus mundicia: superabundantia in victu et familia dicitur honestas et prodigalitas dicitur libertas: avaricia providentia: pertinatia constantia. Et sic de similibus ut dolositas prudentia: hypocrisis sanctitas: incuratus in agendis dicitur mansuetus: et curiosus circumspectus: vanagloriosus honestus: presumptio spes: accusator vel corrector zelator iusticie: dissimulans dicitur patiens: pusillanimus ad corrigendum benignus vel pacificus. Sicut autem falsis denariis nihil emitur boni: sic nec regnum celorum falsis comparatur virtutibus. Sunt etiam quedam virtutes quasi naturaliter hominibus inherentes sicut naturalis humilitas: benignitas: modestia: largitas misericordia: patientia. His similiter nemo meretur regnum dei: sed sole gratuite virtutes remunerantur eternaliter apud deum. Sunt etiam virtutes gratuite: quas inspicientes indicant esse vitia: sicut iusticia indicatur esse severitas: maturitas mentis: amaritudo: providentia avaritia: constantia pertinatia: et sic de omnibus supradictis. Sicut etiam quod fit propter humilitatem fieri dicunt propter hypocrisim. Quod fit zelo iusticie fieri dicunt zelo vindicte. Quod fit charitate fieri dicunt rancore vel odio. Quod propter spiritualem dilectionem fieri dicunt propter carnalem amorem. Quod fit pura intentione fieri dicunt pro temporali consolatione: et sic de aliis. Cum autem sit difficile discernere inter vitium et virtutem: cumque gradus sint in qualibet virtute que primo ex mera dei liberalitate anime infunduntur infuse radicantur et augentur aucte perficiuntur: perspicacissime intuendum est que sint virtutes vere et perfecte quibus solus gratus homo efficitur apud deum. Et primo de charitate que est mater et ornamentum omnium virtutum

¶ De charitate. Capitulum primum

Charitas apud deum vera et perfecta quando anima cum omnibus viribus suis ardenter se

infundit deo nullū cōmodū trā sitoriū vel eternū querēs in eo sz solūmō ppter bonitatē nobilitatem scitatē pfectionē ⁊ btitudinē sibi innatā afficit circa deum. Delicata eni aia q̄si abhoia tur p modū cōmodi ⁊ pmij diligere deū: Sicut deus cū oi virtute sua aie se infundit nihil vn q̄ꝫ vtilitatis ab ea sperās sz sibi naturalē btitudinem suā cōmunicare desiderās. Qui aūt diligit deū: qꝛ sibi bonus est ⁊ propter hoc pricipaliter vt sibi cōmunicet btitudinē naturalem ipfectā ꝯuincit habere charitatem. Inductiuū v̄e charitatis est agnitio dei vera. Nā in ipa materia toti⁹ dilectiōis ꝯsistit. s. nobilitas scitas: potētia sapia ⁊c̄ Item dilectio dei eterna ⁊ imēsa ⁊ nō iterpellata ⁊ fidelissima inductiua est v̄e charitatis. Argumentū vere charitatis ponit dn̄s in Jo. dicēs: Qui hēt mandata mea ⁊ suat ea ille est q diligit me: cuius testis est augustinus. d. In tm̄ deū diligimus in quantū ei⁹ mādata suamus: nō plus nec min⁹. Idē intelligēdū est de votis spontaneis: q̄ obligāt equaliter cū pceptis. Testimoniū phibet de his btūs gre. dicēs: Ad vos charissimi itroꝛsus redite ⁊ si deū vere diligitis ingrite. Nec quisq̄ꝫ sibi credat qcq̄d sibi rn̄derit aīmus de dilectiōe ꝯditoꝛis: sine attestatiōe opis. Sz si vere deus diligitur: lingua: mens ⁊ vita requ ratur. Amoꝛ eni dei nō est ociosus. Opatur eni magna si est. Si vō opari renuit: amoꝛ non est. Hec aūt operum executio ⁊ mādatoꝝ obseruatio purificari debēt ex intētione ne vel timore alicuius pene fiant vel amore pmij cōpleant: teste augustino: deū diligit qꝛ impata: ideo nō custodit vel qꝛ magnitudīe pene vel auiditate pmij cōpellitur sed quia quod iubetur optimū est ⁊ honestū. Debent ⁊ alia duo esse signa verissima charitatis: ad deū. s. cū hō ꝯgratulat deo in oibus: que sibi placent a quocūq̄ꝫ quacūq̄ꝫ hoꝛa quocūq̄ꝫ loco fiant: ⁊ cum ꝯtristat in oibus que sibi displicēt a quocūq̄ꝫ quacūq̄ꝫ hoꝛa quocūq̄ꝫ loco fiāt Naturalis amoꝛ aūt nihil laudis a deo meret qꝛ semp super se reflectit: sed solūmodo gratuitus q semp tendit in alterꝫ. Uera charitas ad primū: est diligere primū sicut seipm: amicūq̄ꝫ ⁊ inimicum quēadmodū augustinus dicit: Proximū quilibet diligere tenet sicut seipm: hoc est in deo ad deum ⁊ propter deū Sic enim quisq̄ꝫ debet dilgere proximū suum sicut seipsum: vt

sicut desiderat sibi omne bonū
⁊ fugit omne malum: sic faciat
proximo. Uel aliter: Sicut vnus/
quisqꝫ bonū propriū in anima
⁊ corpore ⁊ rebus ac honore di
ligit quia sic quilibet in his qua
tuor fugit ⁊ odit omne dānum
propriū sic qlibet in eis omne
bonuꝫ non tam inimici q̄ꝫ ami
ci debet diligere ⁊ omne dānū
odire: licet ex p̄cepto non tantū
nec tam ardenter moueri tene
atur ad proximū quantū ad se/
ipsum. Ex amore amici non pōt
vera charitas perpendi. Nam
ethnici eos diligunt q se amāt
sed in amore inimici perpendi
tur. Amantē enim diligere na/
ture est que non est meritoria:
non amantē vero diligere est
gratie. Sed adhuc excellētius
p̄penditur veritas charitatis
ad proximū in glosa super ma/
theum q dicit: Amantem dili/
gere est nature: non amantem
vero beneficijs attrahere: pfe/
ctionis est. Et licet nemo tenea
tur ex precepto tm̄ ⁊ tam feruē/
ter diligere inimicū q̄ꝫ amicū
felix tn̄ esset ⁊ summe pfectiōis
qui tm̄ ⁊ plus posset diligere ⁊
charitatis opa exbibere tam in
imico q̄ꝫ amico: tam corrigenti
⁊ corripienti q̄ꝫ blandiēti: vitu
peranti q̄ꝫ laudanti: quia teste
chrisostimo nihil facit deo sic si
milem queadmodū malignis
et ledentibus esse placabilem.
Pro certo enim maiorē gratiā
⁊ gloriam cōsequeretur ex per
secutione q̄ꝫ ex fauore si modo
debito sciret ea frui sicut marty
ribus multo magis profuerunt
inimici ad eternam gloriam q̄ꝫ
amici. Ad amoreꝫ christi debet
nos inducere natura qꝛ omne
animal diligit sibi simile: ⁊ ima
go dei in ipo ⁊ preceptū in scri/
ptura. Argumenta vere chari/
tatis imo verissime ad p̄ximū
sunt vere cōdolēdo: tam inimi/
co q̄ꝫ amico in qualibet aduersi
tate vere ⁊ ex corde cōgaudere
de omni prosperitate que duo
charissima sunt. Argumēta ve
rissimi odij sunt qn̄ aliquis cū
grauitate cordis de p̄ximo co/
gitat qn̄ cuꝫ tristicia eum videt
qn̄ cum amaritudine de ipso lo
quuturi inde etiā audit loq cuꝫ
omne bonū illius ⁊ qd̄ sibi vti/
le est quantū pōt impedit qn̄ bo
nū qd̄ in ipo est diminuit ⁊ per
uertit. Sic nō fecit christus tra
ditori suo iude sed ipm tēpore
traditionis sue cum alijs dile/
ctis suis aplis corpore ⁊ sangui
ne suo refecit in loco traditiōis
nō negans osculū: sed benignis/
sime salutauit: plus dolēs de ma
lo suo q̄ꝫ de p̄prio vt dicit Hie/
ronimus. Sed mirabile est q̄

vnq̃ aliqs sibi de fraterna charitate applaudit: qui hec signa odij in corde gerit. Multis aũt videtur sufficere si cupiant proximis salutẽ eternam: quã dare nec auferre possunt quã bene optarent iudeis et paganis. Nec memores esse volunt q cum dominus animam suam posuit pro inimicis suis quod nos tenemur et non tantũ res sed etiã animas ponere tẽpore necessitatis pro fratribus christianis maxime cum prelati ad hec tenent. Ex duobus fouetur charitas ad deũ: mandatorum executione sm illud: Si precepta mea suaueritis manebitis in dilectiõe mea Jo. xv. Si proximũ ex cõpassione sm illud ecclesiastici. vij. Non desis plorãtibus in consolatione cũ lugẽtibus ambula. Non te pigeat visitare infirmum. Ex his enim charitate firmaberis.

De humilitate. Capitulum. ij.

Humilitas vera et pfecta est cum gloria contẽnitur exhibita: nec appetitur exhibenda: vere hũilis semp timet ne sibi gloria aliqua exhibeatur et cũ sibi exhibita fuerit expauescẽs medullitus cõtristatur: sciens q soli deo honor et gloria debetur. Uere humilis nunq̃ de aliqua gloria gloriatur nisi ex hoc audientibus confidentiam deo prestare intendat. Sed si de ipso aliquid gloriosi vel aliqua gratia recitatur hoc cum dolore cordis et deiectione sui audit: sciẽs solius dei esse quod sibi ascribitur cui soli danda est gloria. Uere humilis nec maiori nec minori nec pari se prefert nullum inferiorem se credit nullũq; omnino spernit sed se solũ ex corde despicit et ab omnibus feruenter despici appetit gaudetq; vehementer cum despectus fuerit. Talis nullam timet contumeliam: quia nullam amat gloriam. Est qui nequiter se humiliat. sed vere teste beato bernardo: Non vult humilis predicari: sed vilis reputari. Amans humilitatẽ debet radicem humilitatis ponere seu plãtare in corde hoc est propriam fragilitatem agnoscere: vt se reputet non solum q̃ vilis est: sed etiã q̃ vilis esse potest: immo etiam q̃ vilis esset et q̃ vilis fieret nisi ipse deus violenter euũ a peccatis retraxisset: et nisi ei tentationes subtraheret. Ibi quilibet se cognosceret fragilitate sua se

esse positum ad abyssum ꝛ vo/ raginē viciorꝫ iuxta illud Mi chee sexto. Humiliatio tua in medio tui. Ueram humiliatio nem inducit frequens in despe ctis operibus exercitium: di/ cente scriptura: Nunq̄ȝ ad vir/ tutez humilitatis puenit q opa humilitatis refugit: souet vera humilitas ex eo ꝙ homo vere cognoscit nullā carnalē aut spi ritualē tētationē p se posse vin cere. Minimū opus bonū deo gratuz sine speciali auxilio iesu christi posse perficere Argumē tum vere humilitatis est cum homo in tantuz se deicit ꝙ om ni gratia se indignuz sentit nec audet etiam aliquam appetere ꝛ si super hoc a deo super ipsuz absq̄ȝ suo desiderio aliquid af/ fluxerit cum tremore percipit immo laudabilius iudicat esse deo carē gratia q̄ȝ habere illaz quam totiens diuersis modis demeruit: q̄ȝ totiens diuersi/ mode deturpauit qua nunquā ꝫm ordinationem dei fruebā/ tur. Item argumentuz vere hu militatis est ꝙ semper querit infimum locum: infimos socios infimum officium infima vesti/ menta. Superbia mentis dupli citer cognosci potest. Argumē/ to extrinseco ꝫm id ecclesiasti/ ci primo. Amictus corporis ꝛ risus dentium ꝛ ingressus an/ nunciant de illo: sicut arbor bo/ na vel mala ex fructu suo bono vel malo perpenditur: quia om nia facta ex corde procedūt. Di cit augustinus: sicut odor bonus ꝛ malus ex stomacho corrupto vel icorrupto pgreditur: vel ex speciebꝰ bonis vel malis in sto macho repositis sicut impudi/ cus oculus impudici cordis est nuncius. Argumēto etiam in trinseco cognosci potest super/ bia cuz aliquis in corde sibi pla cet ꝛ aliys se prefert: etiam pre/ ferri desiderat: ꝛ cum in factis suis hominibus desiderat seu affectat placere. Talis cum hu/ mili magistro domino nostro iesu christo non concordat nec sibi placuit teste apostolo pau/ lo. Sed improperium homi/ num expectauit ꝛ miseriam: ne venit preesse sed subesse ipso te ste matthei. xx. Non veni mi/ nistrari sed ministrare. Ideo/ q̄ȝ talis magister discipulorum qui nō deo sed hominibus pla cere studuit et voluit: dissipat ossa virtutum quoniam teste psalmo: Confundantur quoni am deus spreuit eos.

¶ De obedientia.
Capitulum. iij.

Obedietia vera ⁊ pfecta apud deū est cū homo diligēter ⁊ sepe cogitat qd maxime quolibet tpe ⁊ loco deo placeat ⁊ ad qd pcipue eū ordinauerit ⁊ h toto nixu semper complere intēdit. Sz vera obedientia ad vicarios christi scz prelatos est: cum subdit⁹ qd sibi maxime ↄtrariū est: fideliť ⁊ libenter exequiť: nunq̄ʒ mani festans signo vel verbo aut fcō qd sibi ↄtrarium sit mandatuz Sed vera obediētia ibi nō pōt perpendi: vbi subditus pceptū excogitat ⁊ opus qd sibi placue rit ipse dicat. Dicit augustinus Optim⁹ ille tuus est minister dn̄e qui non hoc a te audire de siderat qd ipe voluerit: sed hoc velle qd a te audierit. Uer⁹ obe diens nunq̄ʒ pceptuz expectat: sed solam voluntatē plati sciēs vel credēs: frequēter ⁊ feruēť exequiť pro pcepto: exēplo dn̄i iesu: cui voluntas ⁊ cōplacentia patris summū pceptū fuit. Uerus obediēs nūq̄ʒ de factis suis ordinat nec sensum suū iudicat cū nec velle habeat nec nolle sʒ oēm ordinationē circa se factā simpliciter ⁊ secure deo cōmittit ⁊ plato. Uerus obediēs non discernit inter bonū ⁊ malū sic abraam non discernit vtrū bonum vel malū esset occidē filiū deo iubēte: nec discernit inter bonum ⁊ melius. Nam poptimū etiā iudicat in dubio quod iubetur nisi māifeste appareat iniquum esse mandatū: tūc ɓm ↄsilium gregorij nūq̄ʒ propter obedientiam debet maluz fieri licet ppter obedientiā bonum qn̄qʒ debeat ⁊ possit intermitti greg. Sciendum q obedientia aliqn̄ si aliqd de suo habeat nulla est: aliqn̄ si de suo aliqd n̄ habeat minima est. Nā cū successus huius mūdi pcipiť locus superior imperať. Is qui ad pcipienda hec obedit: obedientie sibi virtutē euacuat: si ad hec ex propo desiderio hanelat. Rursus cū descensus huius mundi precipiť siue despect⁹ cū obprobria ⁊ cōtumelie adipisci iubentur: nisi hec animus ex semetipso appetat obedientie merituz minuit qui ad ea que in hac vita despecta sunt inuit⁹ nollēsqʒ descendit. Debet ergo obedientia ⁊ in aduersis de suo aliquid habere: ⁊ rursum in psperis de suo oīno aliqd non hr̄e: quatenus in aduersis tāto fit gliosior quāto diuino ordini etiā ex desiderio iūgitur ⁊ in psperis tanto fit verior quanto in presenti ipsa quā percipit gloria funditus ex mente separatur. Inductiuū vere obediētie est summa

obedientia iesu christi: qui non solum deo per oia obediuit. d. non mea sed tua voluntas fiat. Luce. xx. sed etiam hominibus bonis et malis subditus fuit et demonibus. Item oia sensibilia et insensibilia obediunt et illa subiecit homini vt se cognosceret subijciendũ eẽ deo. Sol et luna obedierũt gedeoni: terra moysi cũ absorbuit dathan et abyron mare petro ad calcãdũ et moysi cum submergeret pharaonem et exercituz eius serpentes maghis in egypto: bestie heremitis vt in vitas patrũ dicit. Aer et grando samueli: aues francisco: pluuia dominico: et demones aplis etc. Et quia oia obediunt deo sub celo et ĩ celo et i purgatorio et in inferno: ideo merito homo debet obedire deo pñi precepta eius et voluntatẽ eius in omnibus exequendo. Argumentum vere obedientie dicit augustinus: Uerus obediens mandatum eius nõ pcrastinat sed parat aures auditui manus operi: linguã voci: pedes itineri: et se totum intra recoligit vt mandatum peragat imperãtis et bene. Bonus obediens dat suum velle et suum nolle in manus imperantis prelati: vt possit dicere. Paratum cor meum deus. Quodcũq3 precipis facẽ paratus sum: tibi vacare et ministris et proximis ministrare: meipsum custodire: in celestiũ contemplatõe requiescere. Argumentum inobedientie est cũ subditus mandatum prelati iniustum reputat et ex hoc in corde remurmurat. Deinde mandatũ implere non posse nec debere se excusat Preterea diuersas vias subtiliter euadendi excogitat: ad vltimũ aliquos adducens qui consilijs vel precibus mandatum impediant vel retractent. Sic non fecit abraã qui nocte abijt vt subito mandatum domini compleret et relinquens seruos in pede montis ne ipsum in occasione filij carissimi impedirent. Ideo largam benedictionem meruit sibi et semini suo.

¶ De patientia. Caplm. iiij.

Patientia vera et pfecta ẽ cum quis sustinet patiẽter iniurias: non solum cum reus est: sed et cum ĩnocẽs est exẽplo beati iob. d. xvij. Nõ peccaui et in amaritudinibus moratur oculus meus. Et licet intolerabilior sit iniuria ĩnocẽti: q3 culpabili: tamẽ multo suauius ferri potest et debet iniuria cuz nihil conscientiam remordeat de culpa q3 si molestiam meruissz culpa aliq precedente teste

beato petro prime quarto. Nemo vestrũ patiaꝛ vt fur aut homicida aut maledicus. Melius est enim vt si sit volũtas dei bene facientes patiamini iniuste: q̃z malefaciẽtes. Que enim grã si peccãtes collaphizati fueritis? Sz si bñfaciẽtes suffertis patiẽter hec ẽ grã apud deũ. j. pe. ij. Laudabilis ẽ illa patiẽtia q̃ nõ tm̃ a malis sed etiã ab eis q̃ videnꝛ eẽ boni ⁊ amici: non tm̃ ꝓ malis opib⁹: veꝝ etiam ꝓ bene actis illatas patiẽter suffert iniurias. Hũc enim amica dei est inter filias sicut liliuz inter spinas. Liliũ q̃zuis pũgaꝛ a spinis cãdorẽ tñ retinet: fortiorẽ emittẽs odorẽ q̃z si nõ pungaꝛ. Sic aĩa spõsa dei si ab eis q videnꝛ esse de numero filioꝝ ⁊ ꝯsortio pũgaꝛ: nõ tñ ad ĩpatientiã ꝓuocaꝛ sed cãdorẽ bone cõsciẽtie ⁊ bone fame: odorẽ bone etiã cõuersatiõis diligentissime seruare conaꝛ. Ille vere patiẽs ẽ qui nõ solũ molestias illatas patiẽter tollerat: sed inferẽdas etiaz desiderat: exemplo xpi dicẽtis: Improperium expectauit cor meũ. Uere patiẽs inter flagella non murmurat: exẽplo iob: q inter tot pssuras: nec stultuz qd ꝯtra deũ locutus est: sed mente gaudet de illatis molestijs ⁊ ex corde grãs agit. Uerus patiẽs de illata iniuria nunq̃z se excusat etiaz requisitus: fidelissimo deo in omnibus se cõmittens: q vtiq̃z tpe suo omniũ inocẽtiã excusabit. Sic dñs iesus a pilato interrogat⁹ nihil rñdit. Uere patiẽs iniuriã suã nulli conqueriꝛ: q2 ex querela ⁊ excusatiõe qñq̃z mens alleuiaꝛ: quam alleuiationẽ minime curat: sed solus cũ deo solo molestiã suam portat donec pius ⁊ fidelis per internã consolationẽ repellat. Tria sunt q̃ merito inducũt verã patientiã. Unũ est cognoscere q2 peccatis nostris eternam ⁊ amarissimã meruimus penã gehẽne: ꝓ cui⁹ recõpensatione molestia affligimur tpali. Aliud ẽ ꝙ dñs iesus lõgo tpe multis ⁊ magnis iniurijs ꝓmeruit vt vicẽ rependentes breui tpe: modicũ molestemur. Tertiũ ẽ ꝙ ƀm lõgitudinẽ ⁊ magnitudinẽ ⁊ asperitatẽ molestiaꝝ repõderabit magnitudinem ⁊ diuturnitatẽ ⁊ dulcedinẽ gaudioꝝ teste paulo. ij. cor. iiij. Id enim ꝙ in pñti est momentaneum ⁊ leue tribulatõis nostre. Supra moduz in sublimi pondus glorie operaꝛ in nobis. Argumentum vere patientie est se nõ vindicare cũ possit: sed etiã ꝓhibere vindictam ab alijs exemplo dauid qui ꝓhibuit occidere se/

mei qui lapides ⁊ lutum cõtra ipsum proyciens virum sangui num appellauit: sed poti⁹ vere patiens supplicat deuote pro i iuriantib⁹: quod fecit domin⁹ iesus efficaciter pro crucifixori bus: ⁊ beatus stephanus pro la pidãtib⁹: imo etiã cogit domi/ nũ misereri sicut fecit moyses. Aut dimitte eis hanc noxã aut dele me de libro quẽ scripsisti. Tales orationes libẽter audit dominus ⁊ exaudit. Unde oẽs isti tres fuerũt pro aduersariys exauditi. Argumentum impa/ tientie est cum aliquis propter illam molestiam ex motu inte/ riori sponte dimittit bona opa que comode facere posset ⁊ de/ beret: tunc imerito luet de⁹ mo lestiam ab homine irrigatam. Idemqꝫ motus interior vix se abscõdere potest nisi erumpat vel in vultu vel in gestibus vel in verbis. Hec est periculosissi ma impatiẽtia: cuius vindicta vergit in deum innocentem.

De paupertate. Caplm. v.

Paupertas vera ⁊ perfe/ cta est omnia propt̃ deũ sponte ⁊ letanter relin/ quere: nihil preter solam neces sitatem possidere: eademqꝫ ne/ cessitate se indignum sentire: ⁊ ipsa necessitate quandoqꝫ pro/ pter deum sepe gaudẽter qꝫ ca/ rere. Ubi enim plene est neces/ sitas: ibi non potest perpendi paupertas vera. Sic dominus iesus necessitate cibi caruit: nec discipulis spicas confricanti/ bus panem habere potuit: qui similiter vestium necessitate ca ruit quando ante crucem teste bernardo penitus nudatus fu/ it: qui etiam haustum aque in cruce sitiens habere non potu/ it nec lapidem nec asserem in quo moriens crucifixum caput inclinaret. Heu qꝫ sepe est ibi superfluitas vbi creditur esse vera necessitas. Uerus pauper nulla transitoria concupiscit: immo oblata respuit exemplo helysei qui munera naamã nõ accepit: ⁊ exẽplo danielis qui dona balthasar regis contẽpsit Ille paupertatem vere amat q potius mereri vellet paruam gloriam propter paupertatem qꝫ magnam gloriam per diui/ tias: propter iesu christi consor mitatem. Ad amorẽ vere pau pertatis inducere nos debent tria vt dicit bernardus. Nihil deo carius: nihil angelis ama/ bilius: nihil hominib⁹ fructuo/ sius: qꝫ in pauptate obediendo vitã finire. Qꝫ aũt pauptas deo placeat testat̃ idem bernardus

dicens: In celo omniū bonorū suppetebat: sed paupertas nō inueniebat. Porrō hec species abūdauit in terris: sed nesciuit hō preciuz eius. Uenit ergo fili⁹ dei hāc cōpare in terris: ꝛ sua estimatiōe eā faceret nobis preciosam. Est ꝛ aliud inductiuū vere paupertatis: gloria. s. sessiōis dñi veniētis ex eo ꝙ paupes ignobiles ad latus xpi sedebūt in iudicio: nobiles ꝛ diuites iudicātes. Eya ꝙ̄ laudabile deo oīa pure ꝑpter ipm relinqre: pauperē fieri ꝑpter amorez dei: in deū ꝯfidere sup oia ꝙ tā potēs sit semel vel bis in die ministrare corpori necessaria: que minima cōputanť corā deo. Naz ea tribuit inimicis abūdātius ꝙ̄ amicis: sicut potēs ē die ac nocte singulis momētis ministrare spūi abūdātiā spūaliū donorū: que maxima sunt coraz deo nec ea cōmunicat inimicis. Argumētū vō paupertatis ē nullam habere solicitudinē de trāsitorijs: simpliciter ꝛ secure se committere deo. q auibus semp large ministrat necessaria: ꝛ precipue pullis coruorū in nido q̄ fame vagiētib⁹: quos antiquus coruus ꝑpter albedinē quasi filij sui nō sint: famelicos derelinquit: qui ex largitate dei vel rore aeris pascunť donec ipsis nigrescētib⁹: coruus succurrit vel cinifex ꝛ muscas deglutiūt que spume rostroꝝ inherent: tū famelici tā fortiter clamare non cessant. Argumentū false paupertatis vel auaritie ē libēter munera dare ꝑter necessaria: vel ea libēter accipe. Talis libertatē suā vēdit: iuxta verbū philosophi: Munuscula accipe est libertatē vendere. Quō paupertatis ē amator: qui defectum sustinere nō vult: ꝛ munera non necessaria frequēter accipit: imo petit ꝛ cum quadā solicitudine seu subtilitate extorquet: ꝛ ꝑter necessitatem ꝯseruat.

De castitate. Capi. vj.

CAstitas virginalis vera ꝛ pfecta ē: cū nō solū corpus a pollutiōe carnalis ꝯcupiscētie custodiť: veꝝ etiā aīa a carnali ꝯcupiscentia mūda seruať: exemplo sare dicētis thobie. iij. Dñe tu scis qz nunꝙ̄ viꝝ ꝯcupiui: sed mūdaz seruaui aīaz ab oī ꝯcupiscētia: imo ab eis que pstāt occasionez ꝯcupiscentie. Et hoc est qḋ sequitur: Nunꝙ̄ cum ludētibus me miscui: neqꝫ cū his qui in leuitate ambulāt pticipē me pbui. Ille vō castitatē amat qui potius propter castitatē virginalē si possibile esset: modicā diligeret graz i pñti: ꝛ gloriā in fu

turo ꝑpter ꝯformitatē iesu xpi: q̄z si mereri posset grām ⁊ gloriā maiorē ꝑpter debitū coniugale. Ad amorez castitatis nos inducere debet exemplū castitatis dn̄i iesu ⁊ matris ei⁹ ⁊ sanctaꝝ virginū: que olim ꝑ cōseruatiōe castitatis regna mundi ꝯtēpserūt: ⁊ vitam spōte ꝑdiderunt: sicut beata catherima ⁊ similes: ⁊ p̄cipue castitas mulierū paganoꝝ ⁊ virginū: de qb⁹ scribit gregorius q̄ mortē elegerūt ⁊ pudicitiā ꝯuauerūt. Jtē mūdicia ⁊ libertas ꝯsequentia castitatē inuitare debent ad castitatē ⁊ gloria castitatis a dn̄o iesu ꝓmissa iuxta illud: Qui vicerit. s. cōcupiscentiā carnis: dabo ei sedere in throno meo: sicut ⁊ ego vici: ⁊ sedeo cū patre meo in throno eius. Nā incorruptio ꝓximū facit deo. Conseruāt aūt castitatē inductaz: vict⁹ parcitas: cultus vilitas: carnalis icōmoditas ⁊ fugere locum ⁊ tēpus ip̄udicitie oportunum Qꝛ si dina filia iacob fecisset rapta, nō fuisset: qn̄ venit regiōis illius mulierēs videre. Jtez vitare oēs hoīes suspitiosos. Debet aūt cuilibet femine oīs masculus esse suspectus. Ex hoc eni thamar filia dauid a ꝓprio fratre corrupta fuit: qꝛ eū suspectū nō habuit qn̄ ei soli tanq̄z infirmo ministrauit. Similiter vnicuiq̄z viro dꝫ esse suspecta vnaqueq̄z femina etiā sancta: s̄ꝫ cōsiliū hieronymi: sic dicētis: Si castitatē seruare volueris feminā q̄zuis bene ꝯuersantē: mēte dilige: nō p̄ntia corpali. Precipuū aūt ꝯseruatiuum castitatis est dilectio in deo: q: ꝑ hūc oīa talia vilescūt. Gustato etenim spū desipit oīs caro. Unde grego. esse quidez sine delectatiōe aīa nō pōt. Aut enim delectaꝫ in īfimis aut in sūmis. Et quāto altiori studio exerceꝫ ad sūma: tāto maiori fastidio torpescit ad infima: quātacūq̄z acriori cura inardescit ad infima: tanto torpere dānabili frigescit a sūmis Argumētū vere castitatis ē refrenatio qn q̄z sensuū ab illecebris carnis: ⁊ subtractio cordis a vanitatib⁹ ⁊ cogitatiōib⁹ delectabilibus. Nā ex delectatione visus in vidēdo: gust⁹ in gustādo: nasci solēt desideria carnalia q̄ animā ad ip̄udicitiaz aut emoliūt aut inclināt. Argumētū siue inductiuū ip̄udicitie est intemꝑantia potus. Ex hoc. n. noe ip̄udice nudat⁹ fuit: ⁊ loth cū ꝓprijs filiabus incestum cōmisit. Jdeoq̄z p̄cepit apostolus Nolite inebriari vino in quo ē luxuria ad ephesios. v. ꝓpꝰ occasionē. Jtem ip̄udicus oculus

teste augustino ipudici cordis est nuncius. Similiter ipudica verba: ipudicus incessus et colloquiū mulierū teste ecclesiastico. Quasi ignis inardescūt. Similiter colloquiū viri feminaꝫ inflāmat. Item diligēs ꝯsideratio incessus et forme alteri⁹ impudicitiā ꝓuocat seu ꝓcurat qđ dissuadetur ecclesiastici nono. Ne respicias virginē ne scādaliꝫeris in decore eius. Ideo est cauendū colloquiū femine ad virum. Hoc salubre consiliū sequebatur iob cuꝫ pepigit fedus cum oculis vt non solum caueret a conspectu virginis sed nec cogitaret de virgine iob.xxxj.

¶ De abstinētia Caplm̄.vij.

Abstinentia est vsus necessarioꝝ tm̄ victus et vestitus et oīno subtractio delectabilium et supfluoꝝ et eorum que multa diligentia fiūt et magnis sumptibus cōparanť exemplo ioannis baptiste q locustas comedit et folia arboruꝫ lactea saporem mellis hn̄tia et aquā bibit: et vestem de pilis camelloꝝ habuit. Unde aplus ṗ ad thimotheū: Hn̄tes victum et qbus tegamur.i.non qb⁹ ornemur his ꝯtenti simus: qꝛ seru⁹ dei non debet habere vestimētum ad decorem: sed ad tegendum nuditatem suam sicut diċ glosa sup lucā de veste ioannis Ille veram abstinentiā seruat et amat: qui non solum abstinet libenter a delectabilib⁹: que nō habet et que ipsi sunt illicita: sed etiam vitat sponte et pure ꝓpť deum delectabilia: que habet et que habere possꝫ: qbus licite et meritorie vti posset: siue cara sint siue vilia. Nam si aliquis plus pultibus delectareť q̄ꝫ in perdicib⁹: in aqua plus q̄ꝫ in vino: acceptius esset deo abstinē a pultib⁹ q̄ꝫ a ꝑdicib⁹: ab aqua q̄ꝫ a vino. Dicit eniꝫ augustin⁹ Delitie quelibet si absqꝫ desiderio sumanť non afficiunt: et cibi viles appetenť accepti ꝓfectuꝫ impediunt abstinentie. Dauid enim aquā male ꝯcupitam effudit: et helyas carnem non cōcupitam comedit a deo missam ꝑ coruos. Hec testatur esau q nō propter galinam: sed ꝓpť lenticulam irrecuperabiliter benedictionem amisit. Nec soluꝫ abstinendū est a delectabilib⁹ corporis sed ab eis que delectant animam.s.a vanitatibus: colloquijs: a gaudio tēporali: a peccato mortali ab amicitia carnali. Hec abstinentia est laudabilior q̄ꝫ ṗma et est habenda pure propter deum nō ꝓpter aliquā mercedem tēporalem vel grāꝫ Inductiua vere abstinentie sūt

duo. Unum quod numquam debita cum gratitudine dona dei percipimus: et numquam ad debitum finem eis neque secundum divinam ordinationem fruimur: et ex hoc iram dei gravem incurrimus. Aliud est quod de omnibus donis perceptis strictam rationem exiget quo fine ipsa sumpsimus vel pro nostra voluptate vel pro nostra necessitate corporis vel utilitate. A quibus enim quisque abstinet: de illis rationem reddere non oportet. Duplex autem utilitas sequitur abstinentiam: divinorum secretorum cognitio et desideriorum exauditio: que duo patent in daniele: qui cum uti nollet cibo potuque regio sed aqua cum leguminibus: cunctos magos et ariolos transcendit in agnitione visionum et somniorum. Secundo quia ad preces eius. Septem anni nabuchodonosor: quibus vivere debuit ut bestia: mutati sunt in vij. menses. Ideoque cum impetrasset a deo spem licentiandi populo ut rediret in hierusalem impetravit: et populo voluntatem redeundi cum redire tardaret: quia in multis desiderijs suis et mysterijs fuit exauditus per abstinentiam quod ipse testatur. d. daniel. x. In diebus illis ego daniel lugebam trium hebdomadarum diebus et panem desiderabilem non comedi: caro et vinum non introierunt in os meum: neque unguento unctus sum: et ideo angelus dixit mihi: Ex die primo quo posuisti cor tuum ut affligeres te in conspectu dei tui: exaudita sunt verba tua. Tertium potest addi quod est misericordie dei impetratio: ut patet in ninivitis qui per abstinentiam misericordiam dei impetraverunt Jone. 3. Mirari possumus sed non imitari abstinentiam sacerdotum antiquorum de quibus scribit hieronymus quod a carnibus et vino abstinuerunt semper propter tenuitatem sensus et vertiginem capitis quam ex parvo cibo patiebantur et maxime propter appetitum libidinis que ex his cibis et ex hac potatione nasci solet. Pane raro utebantur ne onerarent stomachum. Oleum tamen in oleribus noverant: et hoc parum propter nauseam leviandam. Quid loquar de volatilibus cum ovum pro carnibus vitaverunt: et lac quorum alterum carnes liquidas alterum sanguinem esse dicebant colore mutato. Argumentum vere abstinentie cum non solum preciosis et delicatis quis in sanitate uti respuit sed etiam cum infirmitas cogit cum dolore mentis percipit. Item cum non solum delicatis et preciosis et superfluis abstinet: immo etiam necessaria quandoque sibi subtrahit

vt aliis indigentibus impertiri possit iuxta illud Hieronymi. Quod manducaturus eras si nõ ieiunares: da pauperibus vt ieiunium sit saturitas anime nõ marsupii lucrum. Argumentũ false abstinentie est vitare preciosa delicata eo tẽpore quo nõ habentur et propter vanam gloriã vt homo laudetur vel propter parcitatem ne depauperetur: vel propter auariciam vt ditetur: vel ad cauendum corporis infirmitatem: vel ad vitandam detractionem: vel ad sequendã dignitatem vel transitoriã vtilitatẽ vel promerendam gratiã in presenti et gloriam in futuro.

De prudentia. Capitulum viii.

Prudentia vera et perfecta est niti ad cognitionem diuine nature et profunditatẽ humane miserie: quã prudentiam optauit augustinus dicens: Nouerim te nouerim me. Ille veram prudentiam habet qui sollicite cognoscere laborat quod sit optimum et hoc toto nixu amplectitur: quid sit pessimum et hoc toto corde detestatur. Ille vere prudens est: qui frequenter pensat quid bonis quid malis futurum sit: quãta delectatio bonis vni summo bono iungi eternaliter: quãta amaritudo malis separari eternaliter a summo bono. Ille vera prudentia fruitur qui summopere fugit id quod elongat ad tempus a familiaritate dei. s. peccatum veniale et quod semper separat a fruitione dei scilicet peccatum mortale. Similiter ille vera prudentia fruitur: qui diligit omnia que aproximant deo. s. opera bona: et que eternaliter vniunt deo. s. virtutes. et. s. s. dona. Inductiuum amoris prudẽtie est exemplum philosophorum: qui tantum pro scientia laborauerunt: vt scribit hieronymus: qui fugerunt frequẽtias vrbium: et hortulos suburbanos vbi ager irriguus et arborum come: et susurratio auium: fontis speculum: riuus murmurans et multe aurium oculorumque illecebre ne luxu vel abũdantia copiarũ: animi fortitudo vilesceret. Similiter et pictagorici in deserto habitare cõsueuerũt et quosdã sibi legimus effodisse oculos ibi ne per eorum visus a cõtemplatione philosophie auocarentur. Quare si quis estimat abundantiam ciborum et potionum perfrui: et posse vacare sapientie: hoc est versari in delitiis etiam deliciarum vitiis non teneri: seipsum decipit. Sensus enim noster videtur quod illud cogitat: quod vidit et audiuit vel quod videt et audit: odorat et gustat et attractat et ad eius trahitur appetitum cuius ca

pitur voluptate. Quāto magis nos q diuine sapientie studere debem⁹? Ad hoc nos inducere dz multoꝝ dānatio ⁊ īprudētia iuxta illud isaie. v. dicētis: Propterea captiuus ductus ē ppl's meus: q2 nō habuit sciaz. Et baruch. iiij. Quia non habuerunt prudētiā: pierūt ꝑpter suā isipientiā. Officiū prudentie ē ordinare cogitationes cordis ne extra deū vagenẛ: affectōes mentis ne circa creaturas nimium occupentur: volūtates ne a deo auertanẛ: intētōes ne misceanẛ sed purificenẛ: iudicia ⁊ suspitiones vt ad meli⁹ ꝯuertanẛ. Similiter oīa verba ⁊ facta ⁊ incessus ordinare dz: vt ad debitū finē oīa fiāt: ꝑ cōi vtilitate ⁊ omniū emēdatiōe. Nā sapientia hoīs teste salomone: lucet ī vultu ipsius hoc ē in ꝯuersatione. Qui sic ordinat⁹ ē: hz argumētū vere sapie. Itē. b. Ber. ꝺ hoc: Quottidiana discussione examina vitā tuā. Attende diligēter quātuz ꝓficias: q̄lis sis in morib⁹: q̄lis in affectiōib⁹: q̄z similis q̄z dissimilis deo. Stude diligētissime teipz cognoscere: q2 multo melior es si teipm cognoueris q̄z te neglecto cognoscas cursus sydeꝝ: ⁊ vires herbaꝝ: virtutes gēmaꝝ ꝑpter lucrū tm̄. Talis vo nō edificat sed inflat. Itē astutum esse in negocijs secularib⁹ falsaz īdicat prudētiā īmo stulticiā: teste aplo. j. ad cor. iij. Prudētia hui⁹ mūdi stulticia ē apud deū. Tales heu multi sunt: qꝺ cōqueriẛ dñs. d. Filij hui⁹ sclī prudētiores sunt filijs lucis ī gn̄atiōe sua. Itē alij subtiles sunt ad excogitādū neq̄tias ⁊ nouas adinuētiōes: sed ceci sunt ad ꝯsiderandū volūtatē dei. De talib⁹ dr̄ Jer. iiij. Sapiētes sunt vt faciāt mala: bene aūt facere nesciūt. Tales dicentes ⁊ credentes se eē sapientes stulti facti sunt dicit apl's.

¶ De fortitudine. Cap. ix.

Fortitudo vera ⁊ perfecta ē dn̄ari aīo suo cum tentaẛ anim⁹ supbia: inuidia: ira: auaritia: luxuria: vana gloria: placētia vel delectatiōe carnali: ⁊ ratio ītelligēs nequaq̄z assentit sed statī repmit. Un̄ illud: Qui dn̄aẛ aīo suo fortior ē expugnatore vrbiū. prouer. xvj Hāc fortitudinē sanson fortissim⁹ nō habuit: lz leonez dilaniauerit ⁊ cū mādibula asini mille viros strauerit. Post ꝯcupiscētiā mulieris oī fortitudine pua tus ē. Ille verā fortitudinez hz q ab illicitis mēbra ⁊ sensus retrahit. Illā dauid nō habuit: q vrsuz ⁊ leonē occidit ⁊ goliā interfecit: ⁊ tn̄ oclos suos ab illi

cito visu nõ cohibuit. Eya quã/te fortitudinis sunt qdaz semp ad ieiunãdũ: vigilandũ: ꝛ castigãdũ corpa sua cilitijs ꝛ flagellis: nec tñ refrenare possunt pedes suos a vijs noxijs: manus ab ope ꝛ tactu illicito: aures ab auditu nociuo: ꝛ pcipue linguã a verbis dãnosis dicẽte beato Jacobo. iij. cap. Ois natura bestiaꝝ ꝛ volucrũ domari potest a nã humana: linguam nullus hominũ domare põt. Est enim malũ inquietum plena veneno mortifero: tñ sine hac refrenatione nõ est vera religio: sicut dixit idez: Si qs putat se religiosum eẽ nõ refrenãs linguã suã: huic vana ẽ religio. Inductiuũ vere fortitudinis ẽ degustatio spũalis suauitatis: hec enim roborat mentẽ ad faciendũ bona ad tolerãdũ aduersa: ad vincẽdũ vitia oia nociua hoc figurat ionathas j. Reg. xiiij. Qui gustãs paꝝ mell' illũinat⁹ ẽ ꝛ ꝯfortat⁹ ẽ ad psequẽdũ inimicos ꝛ ĩ tãtũ roborat⁹: vt p qdragita dies corpali alimonia nõ indigeret. Officiũ fortitudinis est formare intellectuz in cognitione dei ꝛ affectuz in dilectione dei. Item roborare mentem inter aduersa ne terreat. solidare inter pspera ne mulceatur. Item amare mentem: vt semp exerceatur in bonis: ꝯfirmare ipaz ne vnqꝫ vincatur a malis. Primã fortitudinem paulus ꝛ stephanus habuerũt. Secundam mathathias ꝛ eleazarus iob et dauid. Tertiam thobias. Qui ergo hoc in seipo sentit de argumento vere fortitudinis securus sit. Argumentũ false fortitudinis: ĩmo pessime ẽ multa ꝛ magna posse contra deum cõmittere. De hoc dicit anselm⁹: Peccare non est libertas: neqꝫ pars libertatis. Peccare ẽ potius non posse qꝫ posse. Quicũqꝫ enim non posse potest quod sibi non expedit: quanto magis hoc potest tanto magis ad uersitas: ꝛ peruersitas possunt in illuz. Hanc fortitudinem habuerunt olim persecutores ecclesie reges ꝛ priñcipes ꝛ hodie habent ꝛ habebunt in posteꝝ antixps ꝛ sui.

De iusticia. Capitulum. x.

Iusticia vera ꝛ pfecta ad deum est redditio debite laudis p oi diuina natura sua: debite grãꝝ actiões p oibus donis collatis ꝛ malis per pẽsis debiti seruitij debiti doloris p oibus gratijs neglectis debite satisfactionis p oibus cõmissis in verã iusticiã. Ille verã iusticiã hꝫ ad deum: q deo si

delis est semp ꝛ vbiqꝫ in oib⁹ ꝓ ceptis ꝛ votis seruãdis: q tãtã diligenti. ꝫ suis singulis opib⁹ apponit q̃ñ salus talis sua spāli ter i vnoquoqꝫ depēdeat:ꝛ q ꝓ pter deum pure oīa bona facit: nō ꝓpter aliquē fauorē vel vtili tatem p̄ñtis vite etiā future vel eterne:q cū debita gratitudine singula dona percipit ꝛ eis ꝫm ordinationeꝫ dei fruit semper ꝛ vbiqꝫ. Uera iusticia ad proxi mū est in duob⁹. Nunq̃ꝫ facere qꝺ nō vult sibi fieri: hoc ē nūq̃ꝫ offendere ꝓximū verbo vel fa/ cto vel signo vel ꝯsilio in reb⁹: corpe ꝛ honore: nunq̃ꝫ de ipo malum suspicari: nunq̃ꝫ ipsi de trahere:nunq̃ꝫ bonū suū ꝑuer/ tere vel minuere: nunq̃ꝫ ipꝫ in bono īpedire. Hec.n.nemo ꝫm iusticiā vult sibi fieri. Itē ꝓxio facere qꝺ sibi vult fieri iuste: hꝫ ē ꝓximū honorare:bonū de ipo sentire: oīa facta sua etiaꝫ mala ad bonū cōuertere: semp in bo no memoriā sui hr̄e: semp ipm in bono ꝓmouere: semp bono suo gaudere ꝛ malo cōdolere: innocentiā suā semp excusare ꝛ ipm absentē ꝓpugnare. Hec.n. ꝫm iusticiaꝫ qsqꝫ vult sibi fieri: ideo dr̄ ꝫm iusticiaꝫ:qꝛ iudex ꝓ furto nollet suspendi: ꝛ tñ debꝫ fureꝫ suspendere: qꝛ illud nolle non habet ꝫm iusticiā: ꝛ predo vellet bene spoliare ꝛ qꝺ sibi li ceret spoliare:ꝛ tñ nollet spoli/ ari qꝺ tamen facere non debet quia illud velle non habet ꝫm iusticiā. Item iusticiam veram ad mortuos seruat qui testamē ta ꝫm ordinationem eorum ex pedire non tardat:qui ieiunijs ꝛ orationibus ꝛ elemosynis ꝫꝫ eorum confidentiam penas eo rum pro posse suo alleuiat ꝛ ab breuiat. Item iusticiam ad an/ gelos seruat qui salutaribus eo rum consilijs acquiescens:glo/ riam ipsis ex hoc debitam non retardat:quā ꝓ impenso nobis obsequio promerentur. Item inductiuuꝫ vere iusticie est qꝺ dicit dauid psal.x. Iustus domi nus ꝛ iusticias dilexit. Item qꝛ iusto promittitur in p̄ñti spes ꝛ leticia ꝫm illud: Letabitur iu stus in domino ꝛc̄.ps.lxiij. vel quia iustis indicitur exultatio ꝛ laudatio ꝫm illud psal. xxxij. Exultate iusti in domino. vel quia iustis predicitur securi/ tas in iudicio. Iusti auteꝫ in ꝑ/ petuū viuent ꝛc̄. Et quicqd bo/ ni deus pollicetur ꝑ scripturā: hoc maxime per iusticiā acqui rit. Officium vere iusticie ē re ctificare cogitatiōes ꝛ affectio nes vt semper in deo sint: volū tatem: vt conformis sit diuine voluntati; intellectum vt semp

ad deum vel deo intentus et ad laudem eius cũcta bona referamus: et in his est argumentũ vere iusticie. Argumẽtum iniusticie est vsurpare sibi que ppꝛie dei sunt. s. laudẽ: honoꝛẽ: amoꝛẽ vindictã vel que pximi sunt: vl' que pximo debentur.

De tempantia. Cap. xj.

Tempantia vera et perfecta est iusta moderatio motuũ interioꝝ et exterioꝝ opeꝝ. Ille verã tẽpantiã habet qui nõ solũ moderat coꝛ suũ a pꝛauis cogitatiõibus et inutilibꝰ: sed etiã modũ seruat in bonis: ne sepius et diutius cogitatiões bone inhereãt q̃ȝ iustuȝ tẽpus reqrit: qꝛ officiales cogitatiões lȝ vtiles sint: nõ tñ sunt tractãde infra diuinũ officium qd dicit B. Similiter vere tẽperatus moderat affectiões suas qñ aliqd vel nihil spare debeat vel timẽ: et quantũ et q̃ȝdiu de alio aliqd vel nihil gaudere debeat vel dolere: et quantuȝ q̃ȝdiu de quo amoꝛẽ vel odiũ vl' pudoꝛẽ hẽre vel nõ hẽre debeat: et quãtum et q̃ȝdiu. Similiter moderat intellectum ne ampliori tpe q̃ȝ opoꝛtet se occupet circa aliqd intelligẽduȝ. Silr mode rat volũtatem qualis vel quãta eẽ debeat et intentiõȝ vl' q̃lis vl' q̃ȝta eẽ nõ debeat et ad quẽ finẽ Similiter libeꝝ arbitriũ põderat quãtũ eligere debeat bonuȝ et qualiter repꝛobare malũ. Similiter vera tẽpantia moderatur linguã qñ loquendi et qñ tacẽdi et q̃ȝdiu: hoc ẽ tpe oppoꝛtuno cui loquẽdũ bonis. s. non suspectis: qñ loquẽdũ et vbi et tpe nõ suspecto qualiter et quantuȝ loquẽdũ. s. nature cum põdere numero et mensura: ppt qd. s. ppter necessitatẽ vel vtilitatẽ et p negocijs aie et coꝛpoꝛis. Similiter mensurat facta et moꝛes et motũ omniũ mẽbꝛoꝛum: vt ꝺm aplm oĩa oꝛdinate fiãt iusta intentiõe et ad debituȝ fiãt finem. Ad verã tẽpantiã iducere nos debet sapientissima oꝛdinatio diuina q̃ oĩa disposuit in põdere numero et mẽsura. Scdm oꝛdinationem hãc oĩs nr̃a actio: moꝛes et vita nostra debent esse moderata: mensurata: numerata et põderata: hoc est in virtute patris cui mensura: in virtute filij cui numerus: in virtute spũs sancti cui põdus ascribit. Ad idem nos inducere dȝ exẽpluȝ tempantie apli dicentis. j. coꝛ. x. Sine offensiõe estote iudeis et gentilibꝰ et ecclesie dei sicut et ego p oĩa oĩbꝰ placeo. Uere fuit tempatꝰ q nullum offendit et p oĩa oĩbꝰ placuit. Argumentũ vere tempatie habet q

se moderatur in victu: vestitu: somno: et in omni commodo carnali et in leticia tpali nullam supfluitatem neqz iordinatam delectationem: sed puram necessitatem i oibus his admittens. Uere temperatus in oibus nititur servare modum preterqz i amore laude dei et grarum actione. Nam magnus dns et laudabilis nimis etc. Ideoqz sine modo: et sine mensura: et sine fine amandus est et laudandus. Argumentum distempantie est qn aliqs discordes habens mores: oes secum commorantes turbat oes inqetat: in nullo cuiqz conformat: sz qd sibi soli placet hoc approbat et hoc pficere contendit: oibus iportabilis sibipsi intolerabilis. Un augu. Jussisti dne et ita factum est: ut sibipsi sit pena ois animus iordinatus quanto magis alijs. Talis fuit cedar de q scriptum est: Manus eius contra omnes et manus omnium contra eum. Gen. xvj.

De compassione. Cap. xij.

Compassio vera et perfecta ad deum est icessanter i corde tristicia vulnerari: p oibus iniurijs deo illatis et adhuc inferendis in se et amicis suis: quos q tangit quasi q tangit pupillam oculi sui. Oia enim elementa compassa sunt xpo morienti. Ad primum vera compassio e condolere medullitus afflictioibus primorum tam corpalibus qz spualibus exemplo apli. ij. cor. xj. Quis infirmatur et ego non infirmor? Dicit glo. Quis ifirmatur in fide et ego non infirmor vel in aliq virtute idem non doleo de eo sicut de meipso? Quis scandalizatur in aliq molestia: et ego non vror igne compassiois? Ad proximos in purgatorio vera e compassio vehementer affligi a cerbitate penarum qs sustinent et pcipue qr a visioe dei et fruitioe interim sepantur: et deus ab ipsis interim plenarie non laudatur: et in illa afflictioe et compassioe incessanter deo supplicare et ardenter vt eos a tanta asperitate dignetur eripe. Ad veram compassionez inducere nos dz abundantissima compassio xpi ad nos q teste augu. sic festinat peccatorem absolvere a tormento conscie sue: quasi plus compassus miseri pctoris qz sui nec solum compassus: imo vere languores nros ipe tulit et dolores ipse portavit. Jsa. liij. Hoc idem nam membrorum suadet teste aplo. j. cor. xij. Si patitur vnum membrorum oia compatiuntur. Jtem duplex est vtilitas compassiois: que nos allicere dz ad compassionem s. charitatis confirmatio dicitur enim in eccle. vij. Non desis plorantibus in consolatioe: non te pigeat visitare infirmos ex his i di

lectiōe dei firmaberis. Itē xpi cōgregatio sicut apl's.ij.ad thymo.ij. Si cōpatimur ꝛ conregnabimus. Una ē virtus compassiōis conquerente dño iesu. Sustinui q simul cōtristaret ꝛ nō fuit. Argumētū vere cōpassionis ē nō solū cōdolere amicis verꝫ etiaꝫ inimicis: sicut ioseph super fratres suos singulos flebat: q eū p.xxx. denarijs vendiderāt. Sicut dauid planxit plāctu magno sup mortē saul q eū sepe occidere disposuerat: imo fecit filijs israel carmē planctꝰ sup eundē. Sic mortuo absalon q eū extirpare voluit de regno coopto capite lugebat eum. d. Quis mihi det vt ego moriar p te fili mi absalon. Et similiter iob: Flebā inqt quōdam super afflictos: ꝛ cōpatiebat aīa mea paupi. Argumētū false cōpassionis ē cū aliqs v̄ba cōpassiōis pfert ꝛ vultum cōpassiōis exhibet: ꝛ tñ de afflictionis dolore gaudet in corde suo: ꝛ afflictionē pximi cum posset nō alleuiauit vel cū affligētes qñ pōt non cōpescit: sed potius aliquos ad affligendū signo vel verbo vel facto puocat.

¶ D pace. Cap.xiij.

Pax vera ꝛ pfecta ad deum ē cū quinqꝫ sensus ꝛ vsus omniuꝫ mēbroꝝ ꝛ oīa exteriora ꝛ interiora ad nutū rōnis disponunt: cunqꝫ oēs cogitatiōes: affectiōes: volūtates: ꝛ intētiōes: ꝛ oīa interiora ꝫm ordineꝫ rōnis fiūt: ꝛ illa rō pmo ꝫm volūtateꝫ dei penitus ordinatur. Quotienscūqꝫ v̄o sine assensu rationis bene disposite quicqꝫ agit: statim pax pectoris conturbat. Ille verā pacē cū deo habet: vt dicit glo. super illo verbo ad Ro.v. Iustificati p fidē pacem habeamus: q aduersus mandatū eius cōtraria volūtate nō litigat: qui seqt iussa dei ꝛ ad oē pceptū diuinū suū flectit arbitrium. Pax eniꝫ vera est ꝯcordare cū moribꝰ pbis ꝛ litigare cū vitijs. Ille verā pacē cuꝫ pxio hꝫ: q toto nixu cauet nequaqꝫ ex pposito q̄cūqꝫ occasiōe pturbet. Qui.n. ex deliberatiōe queqꝫ pturbat: nulla tenꝰ sine turbatiōe aliq̄ hora eē pōt. Aut.n. turbatꝰ si pōt vindicat se: aut si vindicare dissimulat: ex turbatōe tñ scā stimulū ꝛ remorsum consciētie semp secū portat. Ille veram pacem q̄rit qui continue seipm considerat ꝛ vnumqueqꝫ pprio iudicio relinquēs oībꝰ postposit curis trāsitorijs i sola dei ꝯtēplatione qescit. Ibi.n. solūmō pax vera inuenit teste beato augu. Fecisti nos dñe ad te: ꝛ non est quietū

coꝛ nostrum donec requiescat i te. Ad amoꝛem vere pacis idu cere nos debet duplex vtilitas pacis. s. suauitas ⁊ quies mētis que pacem sequitur: que suaui/tas est quasi pars ⁊ initiū eter/ne suauitatis ⁊ quietis: vl' quia eternam ⁊ ꝯtinuam habitatōez deo ꝑparat in anima: q ꝓpter nimiam mansuetudinem suam tm̄ i coꝛde quieto locum habet ⁊ quiescit ipso teste qui ait: In pace in idipsum doꝛmiam ⁊ re quiescam. Et iterum: In pace fa ctus est locus eius qđ testatur apostolus. ij. coꝛ. xiij. Pacē ha/bete ⁊ deus pacis erit vobiscū. Ueram pacem conseruat hꝫ qđ dicit hieronymus super ep̄laz ad ephe. Bona nr̄a īuicē diligi mus si peccata que sine damno tritici aut cum spe salutis coꝛri/gendoꝛum eradicari non ꝑnt: vsqꝫ ad messem vltimam tole/remus: si etiam perfectōis opa que fieri ⁊ non fieri licet: ne in firmi scandalizentur facere nō disponamus. Argumentū vere pacis habet qui omnē locum ⁊ omnes homines ac omnes ac/tiones vitat: ex quibus turbatio pꝛobabiliter sequi potest. Item argumentum certissimuz vere pacis habet: qui pꝛecepta dei ⁊ vota semper ⁊ vbiqꝫ tenet teste ps. Pax multa diligentib⁹ legē tuam: ⁊ non est illis scandalum. Argumentum vere pacis ē qn̄ caro spiritui in omnibus subiu gatur. Argumentuz false pacis habet qui non euellit oēs radi/ces turbationis que semꝑ pul/lulare solent. Hec sunt pꝛopꝛie voluptates: animi libertas: mo rum singularitas: appetit⁹ pla/centie: de quibus alibi scriptuz est. Item non est vera pax q̄ ex pꝛopꝛia virtute non habet: sed ex gratia alioꝛuz. Uerbi gratia Sunt qdam qui firmam pacez interim ꝗ nihil contrarietatis sentiūt: sed quicqd eis placet hꝫ in omnib⁹ inueniūt. cum vero aliquid fit qđ ipsi non exoptāt vel qđ eis minus placet statim pacem coꝛdis amittūt. Tūc nō est virtus pacis in ipsis sed po tius in extraneis. ideo illā pacē auferunt extranei qn̄ volūt. Si qui veram pacem desiderāt: nō debent aduertere quid alij faci ant: vel loquantur: siue adulent siue detrahant sed semper que pacis sūt cogitēt: ⁊ sic vt⁹ pacis in ipsis veraciter permanebit.

¶ De misericoꝛdia.
Capitulum. xiiij.

Misericoꝛdia vera ⁊ pfe cta consistit in tribus: i dando: in cōdonādo: ⁊ in superogādo. Uere misicoꝛs q̄diu aliqd hēt indigētib⁹ ne/

cessaria subministrat: qd si non faceret: veram misericordiam non compleret dicente chryso. Qrdiu aliquid habēs omnibus non suffeceris nondum omne complesti. Quinqꝫ enim fatue virgines oleum habuerūt: sed non copiosum vsqꝫ in finē. Hāc misericordiam habuit Job cuꝫ dicit: Job. xxxj. Foris non mansit peregrinus: ⁊ ostium meum viatori patuit. Sed si negaui qꝫ nollebāt pauperibus: ⁊ oculos vidue expectare feci: si comedi bucellam meam solus ⁊ non comedit pupillus ex ea quia mecum creuit miseratio: ⁊ de vtero matris mee egressa ē mecū. Sed qui dat substantiam ⁊ iniurias non condonat: nullā misericordiā facit vt dicit grego. Ideo vere misericors sponte ⁊ anteqꝫ regeī omnē iniuriaꝫ ex corde remittit: nunqꝫ vindicaturus nec per se nec per alios: imo vere misericors potior est ad remittendum qꝫ sit ad iniurias appetendum. Nam vere misericors plus dolet de peccato iniurantis: qꝫ pro afflictione propria: quā iniuriose suffert. Sic dauid semei maledicenti ⁊ lapides contra eum mittenti ex corde dimisit etiā nō petēti. Et ne ab inimicis suis occideretur prohibuit dicens: Forte dñs dabit mihi bñdictioneꝫ p hac maledictiōe: scđ i regū. xvj. Sic ioseph pepercit fratribus suis anteqꝫ peterent flendo super singulos: Nec in hoc sufficē esse vere misericors: nisi etiam iniuriantibus precibus suis veniam obtineat: sicut moyses iudeis ipsum lapidare volentibꝰ grām impetrauit dicēs: Aut dimitte eis noxiam hanc: aut dele me ō libro quē scripsisti. Sic stephanus lapidantibus. Sic dñs iesus crucifigentibus grāꝫ obtinuit cum vterqꝫ dixit: Dimitte eis quia nesciunt quid faciunt. vbi valde iniuriantes excusantur: Quasi dicat. Non habent sensum: nō enim sciunt qđ faciunt. Ideoqꝫ ipsis nō est merito imputandum sed parcendum. Ad amorem vere misericordie īducere nos debet qꝫ deus in sui natura summe misericors est ⁊ in aliis misericordiam diligit supra modum: sicē ipse dixit matthei. ix. Eūtes discite quid est: misericordiā volo ⁊ non sacrificium. Aliud inductiuū misericordie est qꝫ misericordes deus: in misericordes homines: i iudicio sine misericordia iudicabit: teste Jacobo apostolo: Judicium sine misericordia fiet ei: qui non fecit misericordiaꝫ: ⁊ misericordes.

a deo misericordiam copiose cosequentur. Feneratur enim dño qui miseret pauperi.i. cuz magna vsura et lucro recipiet: quicqd pauperibus: quis largi t9 fuerit. Officiú misericordie est collocare singulos pro meritis apud deum iuxta illud ecclesiastici.xvj. Omnis misericordia: locú faciet vnicuiqz sm opera eius. Argumentuz vere misericordie est: cú aliquis sibi subtrahit quicqd salua vita sibi subtrahere potest. Insuper continue laborat etiaz super vires vt possit amplius indigentib9 subuenire. Argumentum false misericordie est cum necessitatem cuiuslibet pro posse nó subleuat: sed dicit indigentib9 illó iacobi.ij. Ite in pace et calefacimini etc. negans eis necessaria Unde crisostomus: Oportet si ex tuis tribueres non ita parcú esse. Nunc autem que sunt dominatoris das quare etc.

¶ De concordia. Caplm.xv.

Concordia vera et perfecta ad deum est vniri voluntati diuine in prosperis et in aduersis: et p posse diuinis moribus et exéplis iesu christi conformari. Dicit enim ioannes quia nihil dignius est qz vt homo sui códitoris sit imitator: et sm modum pprie facultatis diuini opis executor. Hāc vnionem petiuit nobis dñs in penultimo instanti vite sue .d. Sicut tu pater in me et ego i te vt sint vnum in nobis. Ité vera concordia ad primos est cú oibusin omib9: idem sapere idez sentire: que sunt ad deum: sic in pmitiua ecclesia multitudinis credentiú erat cor vnum et aia vna in deo.i.ad omnia que ad deum spectabant. Item aliis cóformari i cibo: potu: somno: moribus et operibus: que non sunt contra deum nec contra pfessionem suam: nec contra pfectóez vt plures lucrifaciamus: sicut apostolus factus est infirmus: imo omnia omnib9 factus est vt oés lucrifacerent. Ad amorem vere concordie inducere nos debet qz valde laudabilis ē est deo et valde placita concordia fratrum: sicut ipse dicit ecclesiastici.xxv. In tribus bene placitum est spiritui meo q̄ sût probata coram deo et hominibus. Cócordia fratrum etc. Nā miseri homines hoc seruát in terris qd angeli seruare noluerút in celis. Ad idem inuitare debet diligentia iesus christi q fecit concordiam inter deum et hominem et inter apostolos cú esset ɔtentio inter eos qs eorú videret esse maior: et cum indi-

gnaretur.x.apostoli de iacobo ⁊ ioanne eo q volebant sedere ad dexteram ⁊ sinistram eius. In his omnibus christus concordat eos. Argumentu3 vere concordie ad deum est testimonium conscientie.s. non eē peccatis inuolutu3 sicut apostolus habuit.j.cor.iiij.d. Nihil mihi conscius sum. Et iob. Neq3 eni reprehendit me cor meum in omi vita mea.xxvij. Uel feruēs desiderium proficiendi: in oibus bonis ſm dei ordinatiōe3. Argumentum vere concordie ad proximu3 habet: qui ad oēs tam sancte se habet vt de ipso q relam non moueat: nec etiā verbum malum loqui de ipso valeat. Utrūq3 argumētum hoc habuerunt parentes ioannis baptiste. Erant eni ambo iusti apd deum: incedentes in omnibus mandatis ⁊ iustificationib9 domini quantum ad primu3: sine querela quo ad scdm luce p. Similiter argumentu3 de vtroq3 habuit iudith de qua scriptum est: Erat in omnibus famosissima: qm timebat deū valde: nec erat qui vllum verbum loqueretur de ea. Argumentum false concordie inter deum ⁊ hoie3 est qn aliquis non sollicite inuestigat conscientiam suam: ⁊ sic per erroneam ɔscientiā suam credit se placere deo cum in oibus vere displiceat. Argumentum false concordie ad primu3 habet cui bona opera ⁊ sci mores aliorum in corde displicēt: que tn̄ qn̄q3 cōmendat. Argumentum aute3 discordie inter deum ⁊ hominem: est cum hōi displicet diuina ordinatio circa creaturas ⁊ diuini mores: ⁊ econtra exempla ⁊ sanctissima opa iesu christi. Unde scriptu3 ē displicet deo: cui displicet dominus. Argumentu3 discordie ad primu3 habet qui sensū suū aliis pponit: ⁊ semp sensu3 aliorum post se trahere nititur seu disponit ac nunq3 alioꝝ sensu3 suo sensui coadunare pponit.

¶ De constantia. Caplm.xvj.

Constantia vera ⁊ perfecta est: cum homo nec in psperis nec in aduersis a perfectione subtrahi pōt: sicut iob.xxvij. donec deficiam inquit non recedam ab innocētia mea. Justiciam enim i quā tenere cepi non deseram. Nec minis nec blādiciis induci pōt ad transgressionem votorum ⁊ diuinorum preceptorum: sicut septem fratres: vt habetur lib. machabeoꝝ: q precisis linguis ⁊ abstracta cute capitis ⁊ cesis pedu3 sūmitatibus ⁊ manuum in ollis eneis viui coquebanť.

Et eleazarus sub simulatiōe no
luit illicitas comedere carnes
sed dixit se velle premitti in in
fernum. Illam veram constan/
tiam habet qui nunq̃ a laude
diuina cessat: iuxta illud psalmi
xxxiij. Benedicam dominum
in omni tempore. ⁊ non cessat
a feruenti desiderio ꝓficiendi.
Nam teste leone papa: nemo ē
qui in hac vita perfectior san/
ctiorq; esse non possit: vt ibi q
libet incidit in deficiendi peri
culum: vbi proficiendi non po/
suerit appetitum. Ad veram cō
stantiam inducere nos dz mar
tyrum constantia ⁊ p̃cipue vir
ginum: que in sexu fragili eter/
nam gloriam per constantiam
meruerunt. Sed amplius vos
mouere debet ad constantiam
iudeorum pertinacia ⁊ hereti/
corum: ⁊ temeritas peruersorū
hominum in suis malicijs: qui
perfidia atq; pertinacia iniqui
tatum suarum graue tormen/
tū habent in conscientia in pre
senti: grauissimam penam cor
poris ⁊ anime expectantes. Ar
gumentum vere constantie est
cum quis nec per amissionem
rerum: neq; per vite corporis
amissionem cessat ab omnibus
que deo placent sicut thobias a
sepultura mortuorum non ces/
sauit ꝓ qua rex senacherib oīa
sibi abstulit: ⁊ insuper occidi ꝓ/
cepit. Sic daniel ab oratione ñ
cessauit. Sic apostoli post resur
rectionem christi nec ꝓpter fla
gellationem: nec ꝓpter mortis
timorem a manifestatiōe noīs
christi cessauerunt dicentes ad
uersarijs: An deo magis obedi
re oportet an hoibus vosipsi iu
dicate. Argumentum inconstā
tie est cum quis ꝓter fauorē ho/
minū: vel ꝓpter lucruz aliquod
obtinendum recedit a vie iusti
cie: sicut balaam ꝓpter amicitiā
⁊ munera balaach: preceptum
dñi dicere nolebat populo isrl'
sed ⁊c. vel propter timorē rex
temporalium sicut ille diues re
cessit tristis a domino iesu: cuz
suaderet ei perfectionem. Erat
enim multas habens possessio
nes quas diligebat. Uel ꝓpter
timorem corporis sicut omnes
apostoli a dilecto domino iesu
fugerunt tēpore passionis eius
Mathathias vero contēnens
omnes homines ⁊ honores a
nuncijs regis exhibitos ⁊ mu/
nera promissa relinquens oīa
sua: fugit ī montes vt legem do
mini cōseruaret. Istum nec ap
petitus regalis amicitie: nec ti/
mor rerum temporalium amis
sionis retraxit a via iusticie. Si
milit' nec timor corpis retraxit
btm̄ stephanū a vita iusta: s; in/

tuens in celum inter lapidum pressuras in christo fixus pmāsit. Similiter etiam nec paulus retrahi potuit a veritatis semita: qui dixit non solū alligari sz etiā mori paratus sū pro noīe dn̄i nostri iesu christi in hirlm.

Ⓒ De largitate. Caplm. xvij.

Largitas vera et pfecta est cum aliquis oībus indigenibus res tēporales p posse suo hilariter administrat imo etiā oībus spūalia dona requisitus libenter cōmicat: vz in confessionibꝰ: pdicationibꝰ: ɔsiliꝫ et doctrinis. Nec solū desiderantibus et nō curātibꝰ doctrinā predicationū sm ɔsiliū apli oportune iportune pticipat imo etiā inuitis et ignorātibus oīones gemitus et fletus cōmēdat dn̄o. Nec in hoc sufficit ve largo nisi etiā se totū euisceret in studio: in meditationibus in scis opibus ɔtinue p salute omniū primoꝝ. Ad hanc largitatē inducere nos debet appetitus ɔformitatis dei: qui tam ɔtinue dat oībus dona sua tēporalia et spiritualia etiā non petētibus et sup oia carnē suam et sanguinem suū. Nec sufficit ei sua dona dare simpliciter: nisi etiā seipm in imensum det: In singulꝰ donis cōmēdat largitatē suā q nulli negat dona sua quantūcūqz aduersef sibi: imo pluries in nocte et die dona sua turbis elargitur oībus: licet ab eis offēdatur. Approbat in hoc largitatem suā qn̄cūqz eni aliquā oportunitatē inuenit in recipiēte statim ab affluitiōe spūaliū donorum nequaq̄z se poterit ɔtinere licet ex sapia diuina cognoscat qd recipiēs illa dona in primo debeat amittere vel ea ɔtinuo deturpare et ipm p eandē ipugnare. Ad ipm nos inducere debet q aliena sunt: que damus Et puerbiū est q late corrigiē inciduntur de pellibus alienis Unde Chrisostomus: Oporteret si ex tuis tribueres nō tam parcū esse nunc aūt q̄ dn̄atoris sunt das: cuiꝰ grā pusillanimis es? Argumentū vere largitatis est cum aliqs dat sua indigentibus sine merito alicuius et sine spe cōpensatiōis: sicut dedit se dn̄s iesus et aiam suā: et hoc est magne pfectionis. Nec sufficit vere largo sua dare etiā p salute primorū tpe necessitatis sed vsqz ad morte exhibet semetipz sic btūs iohānes docet. j. Jo. iij. Si xps aiam pro nobis posuit suā et nos debemus etc. Ad hoc tn̄ magis obligant plati. Hanc largitatē habuit apls paulus, d. ij. cor. xij. Ego ipe libēter impēdar pro oiabus vr̄is Et idem. j.

